ticis bonū efficit odorē: ei⁹ aceto ſitas cedat tremorē cordꝫ calidū et nutrimētū ē bonū gutturi ⁊ pulmōi ē tñ mala pectori caro ei⁹ et ē mala ſtōacho īflatiua tarde digeſtiōis: quā opꝫ cōedere cū almuri ⁊ iulꝫ cū melle mixta ē ſanioꝛ ⁊ magis recipiēs digeſtiōeꝫ niſi ſit p̄lima: ⁊ coꝛtex ipi⁹ ꝯponiꝫ i cibarijs ſicut ſemina q̄ ꝓ ꝯdimēto ponunꝫ adiuuat digeſtiōeꝫ. coꝛtex tñ non digeriꝫ ꝑ duriciē ſui et ipi⁹ decoctio ſedat vomitū et facit appetitum. Et opꝫ q̄dē vt citrū cōedaꝫ ſingulare: ⁊ ꝙ nō miſceaꝫ cibo añ ſe neq; poſt ſe: et ei⁹ caro facit vētē ſe poſſidere cholicā: et ipi⁹ acetoſitas retinet vētrē et ꝯfert ſolutiōi cholerice ⁊ ei⁹ ſemē ꝯfert emoroidib⁹: et pōd⁹ ipi⁹ cū vino melle et aqua calida illinitū ꝯfert venenis oib⁹ et eis reſiſtit et ꝓp̄ie veneno ſcoꝛpiōis bibitū. Iſaac ēt in parti. dietis inq̄t de ipſo ſubſtātia citri eſt dura ⁊ ſolida: nō ſi ꝓ cibo accipiaꝫ difficulter digeriꝫ tarde a ſtōacho deſcēdit. Acetoſa ꝟo ei⁹ ſubſtātia ē frigida ⁊ ſicca in ſcđo: virtutē hꝫ incidētē extenuantē et refrigerātē: idcirco fit epatis caloris mitigatiua: ſtōachiq; ꝯfoꝛtatiua: exſiccat eñ appetitū cholere rubee: acumē obtūdit: ſitientibus perfecte ſubuenit: triſtitiā q; et cardiacā remouet ⁊c. Qđ ēt voluit raſis in. iiij. lib. ſuoꝝ apho. cū dixit. Foliū ⁊ coꝛtex citri virtutē hñt remonēdi venenū ⁊ ꝯfoꝛtādi coꝛ. Et in. xxj. ꝯtinētꝫ. c. xxj. dixit autoꝛitate diaſcoꝛidis. Semē citri bibitū cū vino ph̄ bet nocumētū cuiuſlibet veneni moꝛtiferi: ⁊ laxat vētrē et aqua decoctiōis ei⁹ facit bonuꝫ oꝛis odoꝛem. Et inq̄t Gale. in. vij. Acredo citri eſt frigida et ſicca in tertio ⁊ coꝛtex ei⁹ deſiccat nō cum parua acuitate: et ob hoc eſt ſicca in tertio et ē eq̄lis itra caliditatē ⁊ frigiditatē: aut declinat paꝝ ad caliditatē: ⁊ ei⁹ caro gñat hūoꝛes groſſos frigidos: ⁊ in li. dietaꝝ dixit ꝙ coꝛtex ei⁹ ē odoꝛifer⁹ cū ē croce⁹: ⁊ eſt difficilis digeſtiōis: ꝑ ei⁹ duriciē et ſiccitatē et ſi apponeręꝫ in cibis adiuuaret digeſtiōeꝫ ſicut iuuāt res calide: et ꝯfoꝛtat ſtomachū qñ ſumiꝫ de eo paꝝ: et ei⁹ caro ē dura ad digerēdū. Et cū cōediꝫ cū almuri eſt facilis digeſtionis. Et ſubdit inq̄t fili⁹ Meſue coꝛter citri calid⁹ ē ⁊ ſicc⁹ in tertio: et eſt ſpiſſus tarde digeſtiōis de ſui natura iuuat tñ cibū ad digerēdū paucillo iuuamēto: et paꝝ ex eo ſumptū ꝯfoꝛtat ſtōachū. Et alba caro ei⁹ ē frigida hūida i fine p̄ mi: ⁊ frigiditas ē maioꝛ hūiditate ⁊ trahit moꝛā in ſtōacho: ⁊ eſt tarde digeſtiōis ⁊ ei⁹ acredo ē frigida et ſicca in tertio: et refrenat cholerā et ꝯſtringit egeſtiōeꝫ ⁊c. Deide ſubiūxit. Et q̄ cōedit citrum nō dꝫ ſumere īmediate poſt aliū cibū niſi p̄i⁹ ſit digeſt⁹ ⁊ nō dꝫ cōedi poſt aliū cibū q2 facit indigeſtiōem. Et acetoſitas ei⁹ ꝯfert tremoꝛi coꝛdꝫ et ꝓuocat appetitū: ⁊ incidit ⁊ diuidit hūoꝛē cholerichū et retinet fluxū et vomitū ſupueniētes vitio ſtōachi: ⁊ extinguit epatis ſup caleſactiōeꝫ ⁊c. Poſtremo dixit. Et citrū ꝯditū ē difficilꝫ digeſtiōis q̄uis mel ſubtiliauerit maioꝛē ꝑtē ſue groſſiciei et remotio nocumēti ei⁹ eſt appoſitio magne q̄titatꝫ ſpēꝝ aromaticaꝝ ſicut ſpice garioſiloꝛum: cinamomi: cardamomi: zinziberis et ſiliū. Meſue q̄t in diſt. v. ſui grabatin dixit: ꝙ citra cōdita ſtōachū ⁊ coꝛ ꝯfoꝛtāt: ⁊ digeſtionē faciūt bonā ⁊ oꝛis odoꝛē: qđ ſit intelligēdū qñ i pauca ſumunꝫ q̄titate dicēte Gal. in libro de diſſolutione continua. Coꝛtex citri ſcꝫ con-

diti qñ accipit de eo parꝝ ꝯfortat ſtõachum: et qñ accipit de eo multum grauat: qꝛ eius ſubſtãtia eſt dure digeſtiõis: et ſic habetur inter dictos cõcordia.

¶ Ca. cxcij. oñdit naturã ꝓprietates ⁊ nocumẽta ꝓueniẽtia ex comeſtione chryſomilorum.

Chryſomila: teſte Aui. i ij. cañ. c. cxlvij. meliora ſũt armenis: nõ eñ cito aduenit eis corruptio ⁊ acetoſitas: ⁊ cū ſumunt chryſomila opꝫ vt accipiat maſticis ⁊ aniſi equalr̃ põdꝰ drachme vniꝰ vſqꝫ ad duas i vino puro aut vino de paſſis: aut parꝝ mellis. Sũt eñ frigida ⁊ hũida i ſcdo: ⁊ eorꝝ hũor eſt velocis putrefactiõis. Et ipoꝝ infuſio ſedat ſitim: chryſomila ſunt equidẽ ſtõacho ꝯueniẽtiora ꝙ pſicca: ⁊ armenia nõ corrũpunt in ſtõacho: neqꝫ aceſcũt velociter: gñant febres ꝓpter velocitatẽ ſue putrefactiõis: verꝝ iſuſio ſiccorꝝ ꝯfert febribus acutis. Et in. xxij. tertij tract. ij. c. xxi. ſic. ẽt inqt. Ego ãt abhorreo ea q̃ ſunt ſicut pſica et chryſomila ⁊ ſiſ᷑aq̃ replẽt ſanguinẽ aquoſitate pl᷑ima. Cõſil᷑r ſcripſit iſaac in partic. dietis cũ ait. Chryſomila frigida ſunt ⁊ hũida in ſcdo gradu facile in putredinẽ ꝯuertibilia groſſuꝫ phlegma gñant: ⁊ viſcoſuꝫ in cõcauitate epatis ⁊ ſplenis idcirco diurne febris cã fiũt: ⁊ ipa oibꝰ modis ſunt peſſima: nõ añ cibũ ſemper accipi dñt ſtõacho inanito: poſt cibũ eñ ſtõacho pleno in ſupioribꝰ natãt: ⁊ i acedinẽ cito putredinẽqꝫ ꝯuertunt. Si eñ noxioſitates eorꝝ cauere cupimꝰ: iciuni accipiamꝰ: et poſt illa aniſum ꝫ aſticẽ ⁊ vetus vinũ ac odoriferꝝ. Que fuit etiam Gale. ſnĩa in li. de diſſolutiõe continua ſic dicentis. De his q̃ velociter corrũpunt in ſtõacho ſunt chryſomila ⁊ mora: q̃ ſi cito nõ deſcẽdãt de ſtõacho ⁊ obuient hũoribꝰ malis cito corrũpunt: et iõ debẽt iſta cõedi ante cibũ amouẽda de ſtõacho ꝓpter velocitatẽ deſcẽſiõis eorꝝ ⁊ lubricitatẽ viarꝝ in eo qui cõedit prius iſta: nã qñ cõedunt poſt cibũ: corrũpunt ꝓpter remanentiã eorꝝ in ſtõacho: et relinquũt corruptũ cibum corruptiõe eorꝝ: ⁊ qñ total᷑r corrũpunt: qđ frequẽter euenit: ſunt ſicut venenũ pnicioſum. De ipſis quoqꝫ Raſis in. iij. Almã. c. xx. dixit. Chryſomila frigida ſunt que ventrẽ cõmouẽt atqꝫ inflant: ⁊ cholerã reprimũt rubeã: ſtomachum preterea debilitãt eius extinguendo calorẽ: quibus qui frequẽter vſus fuerit: in cõſequenti tẽpore febres patiet. Et ratio eſt: qꝛ vt inqt Gal. in ſecundo alimentorum. c. xix. Chryſomila prauis humoribus faciunt corpus abundare. Et idem Raſis in. xxij. continentis. c. dcxlij. autoritate Diaſcoridis ait. Percopi ſunt meliores pro ſtomacho perſicis. et Ga. dixit ꝙ armenici hñt fructum frigidum et humidũ quaſi in ſcdo. Et dixit etiam in li. nutrimenti: ꝙ de genere perſicorꝝ exiſtant: ſunt tñ meliores eis: qꝛ nõ corrũpunt in ſtomacho vt perſica: et penes quoſdã ſunt delectabiliores eis: ideo magis valẽt ad ſtomachum quaꝫ perſica. Et dixit Bimmaſui. Chryſomila frigida ſunt et humimida in medio tertij: ⁊ aſſimilant perſicis: ſed gñant humorẽ peiorẽ hũore gñato de perſicis groſſum ⁊ crudũ in arterijs: iõ generant febres chronicas: tñ ſumi dꝫ poſtea aniſum ⁊ maſtix in quãtitate põderis aurei vnius cũ ſirupo citonino: aut cũ vino vuarũ paſſarum et

ſaꝝ ꝛ mellis.ſimplicꝫ.Et inq̄t Ma
ſarguith qd̄ gn̄ant humorē a quo
gn̄ant̃ febꝛes tarde diſſolutiōis:
ipa tn̄ laxāt cholerā rubeā:ꝛ ge=
nerāt hūorē groſſuꝫ.Et poſtremo
ip̄e ſic ꝯcludit.Et ego credo ꝙ nō
inueniat̃ res vehemētioꝛis īfrigi
datiōis ī ſtōacho ad modū illius
ꝛc.Et ꝓpterea poſtponenda ſunt
potius ꝙ̄ mādūcanda ꝛc.

¶ Ca.cxciij. oſtendit naturam ꝓprietates ꝛ nocumēta dactylorum in via nutrimenti.

Dactyli ſm̄ qd̄ dixit Se
rapio in ca.de Roꝛab.
autoꝛitate habēmeſui
melioꝛes ſunt zuccari=
ni:et autoꝛitate Raſis
retulit ꝙ calefaciūt et gn̄ant ſan
guinē groſſum: q̄ ꝯuertit̃ cito ad
cholerā:et eſt malum nutrimētuꝫ
coꝝ illis quoꝝ ꝯplexio eſt calida
ꝛ epar calidū:ꝛ cito aduenit ſoda
et ſquinantia bothoꝛ et alcola et
oppilatio ī epate ꝛ ſplene.Et de=
terioꝛes ex eis ſunt magni: et qui
ſunt dulcioꝛes et nō ſunt ꝯueniē=
tes aliquo mō illis q̄ ſut ſunt cali
de ꝯplexiōis et nō ſunt debilis na
ture: ſi vtunt̃ eis inpinguant̃ ab
eis.Raſis vo in.iij.Almā.c. ſic de
eis inq̄t:et talem eius ſeriem ha=
bem⁹.Dactyli calidi ſunt et groſ
ſi:multūq̄ dāt nutrimētū: q̄ ſi in
cōeſtiōe multo accipiant̃ vſu:ſan=
guinē ī interioꝛib⁹ gn̄ant groſſuꝫ:
denteſq̄ coꝛrūpunt:ſanguinē q̄ꝫ
ac phlegma accreſcere faciūt.Ro
rab autē min⁹ calidi ſunt ꝙ̄ dacty
li:q̄ lenitiui exiſtētes ſtōachum re
ctificāt:et propterea ꝙ dentibus
nocent:dixit ipſe in.xxv.ꝯtinentis
c.j.Poſt cōeſtiōe dactyloꝝ recen
tium precipue debes mundifica=
re gingiuas et os cum lauatione
perfecta et abſterſiōe poſt lauatio
nem factā:q2 cōeſtio ipoꝝ dacty=
lorum emollit linguas ꝛc.Idē q̄ꝫ
ſenſit haliab.in.v.theo.c.xix. Et
Rabi Moyſes cum inq̄t. Dactyli
gn̄ant dolorē capitꝫ:oppilāt epar
et apoſtemā et emoroidas creāt.
Iſaac etiā in partic.die.ſic de eis
ſcripſit.Dactyli calidi ſunt ꝛ hūi
di in ſcd̄o gradu groſſi ſanguinis
gn̄atiui et difficilis digeſtiōis ſicu
bus tn̄ ſiccꝫ digſtibilioꝛes magiſq̄
diuretici:ſꝫ illis aſſueſcētes epatꝫ
ꝛ ſplenis ꝯſtipatiōeꝫ duriciē et tu
morē incurrūt:gingiuis et dētib⁹
ſunt nociui:dolorē in oꝛe ſtōachi
faciūt:diuerſas tn̄ hn̄t actiōes ſꝫ
regiōeꝫ et q̄litates:q̄dā eīm in fri
gida:q̄dā in ſicca:ꝛ q̄dē in medio
cri naſcunt̃ regiōe.In calida nati
regiōe ſunt dulciſſimi ꝛ viſcoſi pin
de paꝝ nutriūt et cito digerunt̃:
vētrē humectāt:pl⁹ ē̄t ceteris ꝯſti
patiōeꝫ epatis et ſplenis ꝛ nocu=
mētū capiti oꝛiq̄ ſtomachi faciūt.
Rurſus q̄ ī terra frigida naſcunt̃
ſua cruditate et ponticitate ꝑdu=
rāt quare ceteris ſunt ſiccioꝛes ꝛ
min⁹ oīb⁹ nutritiui: ac duri ad di=
gerēdū tardeq̄ a ſtōacho deſcen=
dētes:ceteris tn̄ pl⁹ ſtōachū ꝯfoꝛ=
tant.In mediocri vo naſcentes re
giōe:lꝫ in ꝑfecta ꝯſtent maturita=
te tn̄ illis abeſt ſiccitas: vt in ma=
turitate ſeruari nō queāt: qm̄ in
eis q̄dā liquoꝛis ſupfluitas ē: vn̄
coꝛpa replēt crudis hūoꝛib⁹: qui
ſunt materia diuturne et ꝑiodice
febꝛis ad diſſoluēdū inobediētis.
Et hec fuit ē̄t Gal.ſn̄ia in.ij.alim̄.
c.xxiij.di.Dactyli indigeſtibiles
ſunt ꝛ grauatiui capitis ꝛ dulces
oppilatiui et ſtiptici: et ſubdit.
Oēs dactyli indigeſtibiles ſunt ꝛ
leſiui capitis.Aliqui auteꝫ ꝛ moꝛ
dicatiōis ſenſus efficiunt ſtōachi.
Qui aūt ab eis diſtribuit̃ in coꝛpe
chim⁹ groſſus ſemꝑ eſt:hꝫ ꝛ aliq̄d
viſcoſum et vnctuoſum: qm̄ tali

chimo dulcedo admiſcet celerrie
q̄dē ab ipo epar obſtruit ledit āt
⁊ phlegmonizās ⁊ turgēs ſumme
ab edulio ipoꝝ ꝯueniēt āt ⁊ epar
⁊ ſplē oppilant ⁊ ledunt: mlto āt
magis ledūt virides ad oīa. Et in
li. de euchimia. c. iij ſic q̄z ait. Hu
mor q̄ ex dactylis gn̄at groſſus ē
⁊ facit obſtructiuꝰ epatꝫ ⁊c. Ex q̄-
bus ꝯcludēdū ē ꝙ eti dactyli ſua
dulcedie guſtui placeāt: ſanitati
aūt corpis calidi minte: quare ⁊c.

¶ Ca. cxciiij. oſ̄dit naturā pro
prietates et iuuamēta fiſticoꝝ
ſiue piſtachiorum.

FIſtici a nr̄is vulgaribꝰ
ſicut ⁊ a q̄buſdā anti-
quoꝝ piſtachij appel-
lant: vt appet p haliа-
batē in. v. the. c. xix. di.
Piſtachia in calido et hūido tpa-
ta ſunt: et pōtica ſunt ⁊ odore io-
cūda ꝯfortatiōi oportūa ſunt epa
tis: eiuſqꝫ aperiūt oppilatiōeꝫ: et
emittūt pectoris hūiditatē: renes
purgāt ⁊ veſicā: augēt vētrē: ⁊ eo
ruꝫ cibꝰ mediocris eſt. Sꝫ p̄nceps
Aui. alr de eoꝝ ꝯplexiōe ſenſiſſe
vr̄ cuꝫ dixit in. ij. cañ. c. cclxxvj. Fi
ſtici ſunt vehemētioris caliditatis
ꝙ̄ nux ⁊ amygdala: ⁊ ſunt calidi
in fine ſcōi: ⁊ ī ipis eſt humiditas:
⁊ exiſtimauerūt q̄ dā ꝙ eēnt frigidi
⁊ errauerūt. Et ſubdit. Apiūt op-
pilatiōes epatis pp ſuā amaritu-
dinē ⁊ aromaticā ꝟtutē ſuā: et in
ipſis eſt pōticitas: ⁊ nutrimētū eo
ruꝫ eſt puū valdē ſunt bōi ſtōacho
⁊ ꝓprie illi q̄ ſunt ſiles granis pi-
ni: pꝑter id qđ in ipſis eſt de ama
ritudie cuꝫ pōticitate: et aperiunt
oppilatiōes epatis: ⁊ mundificāt
ipm: et apiunt meatꝰ nutrimēti: et
ꝓhibēt nauſeā et ſubuerſiōeꝫ ſto
machi: et ꝯfortāt os eiꝰ: nō leniūt
vētrē neqꝫ ſtringūt ⁊c. Hoc ēt ſen-
ſit Raſis in. iij. Almā. c. xx. di. Fiſti-
ci calidiores exiſtunt amygdalis
atqꝫ epatis apiūt oppilatiōes. Et
in li. iiij. ſuoꝝ aphoriſ. inq̄t. Fiſtici
ꝓprietatē hn̄t ꝯfortādi epar: hūo
res groſſos expellūt. ⁊ ex philoſo
phis ſunt q̄ dicūt ꝙ qn̄ cuꝫ maſto
ſumpti fuerint: hūores arenis ex-
pellūt. Et in. xxij. lib. ꝯtinentis. c.
dxxxj. autoritate Diaſ. retulit. ꝙ
fiſtici valēt ad ſtōachū. Et autori-
tate Gal. in. viij. dixit ī hoc fructu
eſt ps q̄ſi declinās ad amaritudi
nē aromatizās: iō apit oppilatio-
nes: et purgat epar ꝓprie et ꝯfert
vitijs pectorꝫ ⁊ pulmōis. Et dixit
in li. nutr. ꝙ nutrimētū hn̄t modi
cū: ꝯfortāt epar ⁊ apiūt meatꝰ nu
trimētū hoc idē ſubiūxit autorita
te Bini. Uerba āt Gal. ī. ij. alim̄. c.
xxviij. hec ſunt. Piſtachia naſcunt
apđ alexādriā ī egypto: mlto āt
plura in boreali ſyrie: alimētum
pauciſſimuꝫ hn̄tia: vtilia ſunt ad
epatis corroboratione ſil' et pur-
gationem īſertoꝝ hūoꝝ ſꝫ mea-
tus ipſiꝰ: pticipāt em̄ ſub amara
et ſtiptica qualitate aromatizāte.
Scimꝰ āt ⁊ alia mlta epati vtilia ſi
cut in negocio ſimpliciuꝫ medici-
naꝝ oſ̄ſum eſt: ſtōacho āt neqꝫ p-
fectum: neqꝫ nocumentuꝫ notabi
le ex ipſis habeo teſtari: ſicut nec
reſtrictiui vētris neqꝫ ſubductiui.
Rabi Moyſes ꝟo magis ꝙ̄ hi vr̄
eos approbare cū inq̄t. Piſtachia
ſunt meliora oībus fructibꝰ; cor-
roborāt ſtōachuꝫ et epar: ſunt ca-
lida et ſicca tpate, Iſaac quoqꝫ in
ptic. dic. ſic de eis ſcripſit. Fiſtici
calidi ſunt et ſicci in medio ſcōi
gradꝰ: bonum comedentibus pre
ſtāt nutrimentuꝫ: q̄dā tn̄ pōtici-
tatis et amaritudinis hn̄t: vnde
ſunt epatis ꝯfortatiui: eiꝰ etiā cō-
ſtipatiōeꝫ aperiūt: ſunt pectꝰ atqꝫ
pulmonem mundificātes: qui cuꝫ
vino cocti potui dentur: et ſunt

cōtra venenum. Ipſi q̄ʒ fiſtici epati ꝯueniunt. Sed tñ calidā hñtes ꝯplexionem modicuʒ ex eis comedāt q̄ſi aſſi fuerint cōcedētiuʒ ſtomachum ꝯfortāt ⁊c. Al q̄bus ſum pſit Auer. in. v. col'. cum inq̄t. Fiſtici calidi ſunt ⁊ ſicci tēpate ꝯfortāt ſtomachum et epar a tota ſubſtātia: ⁊ ſunt ex illis medicinis q̄ hñt multa iuuamenta et magna. Ex quibus apparet ꝙ pro medicinis magis q̄ȝ pro cibis vtendi ſunt.

¶ Cap. cxcv. oñ dit naturam ꝓprietates et nutrimentum ficuum humidarum et recentium.

Icus: vt Auic. inq̄t in ij. cano. c. cclxxiij. melior ē alba: dein rubea deīde nigra. et qñ vehemēter matura ē: melior ē ⁊ ꝓpria ad hoc vt noceat: et illa q̄ eſt humida: eſt calida parū per: et plīme eſt aq̄tatis. et paꝝ ē medicinalis. et ſubdit. Et fic⁹ nutribilior eſt reliquis fructib⁹. et q̄ vehemēter eſt maturatiōis ꝓpiqua eſt ad hoc vt nō noceat: et i ipā ē inflatio et lenificatio vltima: et expellit ſupfluitates ad cutē: et facit ſudare: et in ei⁹ acceptiōe ē ſedatio caliditat: et eſt velocis nutrimēti ⁊ penetratiōis i ſtomacho et corpe toto: et lʒ nutrimētū fic⁹ ñ exiſtat i robore nutrimēti carniū ⁊ granoꝝ: ē tñ vehemētior roboris q̄ȝ nutrimētū oīʒ fructuʒ: ⁊ ē impinguatiua: ei⁹ ipiguatio facile reſoluit: et eſt faciēs pediculos: ⁊ illō q̄d ē ꝯtingit ab ea ꝓpter corruptionē humoris ei⁹: et ipſa eſt vehemētioris expulſiōis ad exteriora ⁊ ꝯueniēter humoris aīalib⁹: eſt mala ſtomacho: et ꝯfert renib⁹ ⁊ veſice. Dixit ēt de eis i. iij. j. doc. ij. c. vij. ꝙ fruct⁹ magis nutrimento ſil'es ſunt fic⁹ et vue valde mature. et i. xiiij. iij. c. xx. Paſſe fic⁹ et auellane ſunt amice epati ⁊ vltimi iuuamēti. Idē ēt ſenſit hali. in v. theo. c. xix. cuʒ di. Fic⁹ ꝯplexio calida eſt i prio gradu: ⁊ q̄ recēs ē hūida i ſcōo gradu. Et ſanguis ab ea gñat⁹ laudabilior ē oīʒ fructuū ſanguine eſtiuoꝝ: velociſq; digeſtiōis et deſcēſus a ſtomacho ⁊c. Et p⁹ aliq̄ ſubiūxit. Si q̄s vult ficuū frequēter cōeſtionē: pediculi in corpe ei⁹ gñant. magiſq; ſi ſupfluitates ſunt in ei⁹ corpore male. Ideo q̄ʒ plimū eas ꝯmendauit: cum poſuit ipſas in pmo loco bonitatis di. in viii. die. c. xxvj. Vue ſunt ficubus ſcōe pcipue ſi bñ mature ſint. Et in ptic. Ficus ceteris fructib⁹ laudabilior eſt ac nutribilior humiditatis tñ ſue cauſa groſſos creat humores. et illa q̄ nō eſt pfecte matura eſt minus calida ⁊ magis groſſa ꝓꝑ dñationē terreſtris partis, i ea. vñ hip. fic⁹ q̄ȝto lōginquior eſt a maturitate minus calida eſt ⁊ groſſa magis. Et cum ex tribus rebus ꝯpoſita exiſtat: corticib⁹ vʒ ſemine ⁊ carne. Seminis nutrimentuʒ eſt nullū ⁊ nature arene vl' lapidis. Cortex ſiccus eſt vt cutis ꝓpterea duriſſimus ad digerēduʒ. Caro aūt nutribilior ſalubriorq; exiſtit. Et ꝓpter hoc Dia. inq̄t. Calorē extinguit: ſitim aufert: et ſudorē ꝓuocat ⁊c. hoc q̄ʒ voluit Ra. in. iij. Almā. c. xx. di. Fic⁹ calide ſunt: que cum recentes fuerint ventreʒ inflāt et leniunt humorem creātes nō malum. Et i li. iij. ſuoꝝ apho. ait. Ficus cū comedunt recentes putredinē remouēt. Et di. Statim quod ficus putredinem efficiunt: et non debent comedi propter lactis ſui venenoſitatem. ¶ Et in libro. xx. continentis. capitulo ꝓprio di. autoritate Diaſcoridis. Ficus recentes et mature nocent

ſtomacho ꝛ laxāt vētrē laxatiōe pua:puocāt ſudorē:inducunt lē-tigines ꝛ bothor:extinguūt ſitim et mitigāt calorē. Ga. ꝟo ſuꝑ oēs fic⁹ extollit:ſcripſit em̄ de eis l.v. de re.ſan. ꝟſus.fi. Fic⁹ mature añ oēs alias fruges ſunt eligēde:et in hyeme carice. Et in.ij.alim̄.c. vij. inquit. Fic⁹ nō potuerunt fugere cachochimiā ſicut alij horarij fruct⁹ ꝙuis oib⁹ alijs horarijs min⁹ ipaꝫ.ſ.cachochimiā ſunt pticipantes. Et poſt aliqua ſubdit. Vñ matura fic⁹ venit ꝓpe ad nō totalr ledere ꝯſilis exñs tā ficub⁹ ſiccis. ꝛ multa q̄dē hñtib⁹ vtilia: generāt em̄ ſanguinē bonum:vñ ipſas ꝛ pediculoꝝ multitudo ſe-quitur. Et in.c.viij.eiuſdem ſic ēt ait. Ficus et vue opere quaſi capitales ſunt.etem̄ nutriunt magis oibus horarijs:et minime ſunt cachochime reſpectu illoꝝ:ꝛ maxime qñ fuerint bene maturate. Ei⁹ q̄dem igit̄ qd eſt nutrire ipſa maxime ſignum q̄ cuſtodiunt fructus vinearū comedētes q̄deꝫ in duob⁹ menſib⁹ q̄bus cuſtodiunt aut ſolas ſemꝑ fic⁹ cum vuis:aut modicum q̄dē interponentes panis inpinguatiꝗ ſatis:non tñ fortis ꝛ ꝯpacta eſt caro ex ipſis generata ſicut q̄ ex carnibus:ſꝫ laxa ꝛ vana ꝓpter id ꝙ celeriter ꝯ̄ſhitur ceſſante edulio ꝛc. Et in li.de cu-chimia.c.j.di. A ſuperfluijs horarijs abſtinere decreui preterꝗ̄ a maturis certitudinaliter ficub⁹ ꝛ vuis.ꝛ in.c.v.eiuſdem. Prope in-nocuos fruct⁹ ſunt mature fic⁹:ꝛ p̄ter has matura vua ſuſpēſa ex hoc ꝙ faꝫ inflatiuum depoſuit ꝛ ſit ꝑfecte inculpata ꝛc. Ecce igi-tur ꝗ̄tum ficus humide bene mature approbentur. Secure ideo eſtatis tempore ceteris conſentiē-tibus poſſunt manducari.

℄ Cap.cxcvj.oñdit naturam ꝛ nutrimētū ficuū ſiccaꝝ cū iu-uamētis ꝛ nocumentis earum.

QUia ficus ſicce.i ieiunij tempore plꝛimum vtuntur:ꝛ eas q̄dā laudāt aliqui ꝟo ipſas vituperant:ꝛ iō de eis ſpāle capl'm faciendū eē iudicauim⁹ vt diſtincti⁹ opatiōes et ꝓprietates ipſaꝝ intelligantur:et ꝯñr an laudabiles ſunt ad ſanitatem vl' re-probande. Dicam⁹ ergo cū Aui. n.ij.cañ.c.cclxxxiij.ſic ſcribente. Et ſicca q̄dē ficus in ſuis opatiōibus eſt laudabilis: veruntñ ſan-guis gñat⁹ ex ea nō bonus ē ꝛ ꝓpter hoc facit pediculos:ſi ꝟo ſit cū nuce comeſta tūc ei⁹ chim⁹ fit bonus et poſt nucem cū amygdala.et leuior oib⁹ eſt alba:et eſt calida in prio:et in fine ipſius ē ſubtilis. Et poſtea ſubdit. Fic⁹ ſicca ꝛ ꝓprie acris eſt fortis abſterſionis maturatiua reſolutiua ꝛ carnoſa eſt plīme maturationis:ꝛ in ipſa ſunt glutinatio ꝛ inciſio ꝛ ſubtiliatio:maturat carbunculos:ꝛ decoctio ipſi⁹ ꝯfert apoſtematib⁹ gut-turis:ſicut nocet apoſtematibus epatꝭ ꝛ ſplenis ꝓpter ſuā dulcedinē:ꝛ qñ apoſtema ē durū nō no-cet neqꝫ ꝯfert:verūtñ ſi ꝯiūgat cū ſubtiliatiuis et reſoluētib⁹ ꝯfert valdē:ꝛ ꝯfert aſperitati gutturis: ꝛ ē ꝯueniēs pectori ꝛ cāne pulmonis ꝛ vinū ei⁹ ꝯfert tuſſi antique ꝛ dolorib⁹ pectoris:ꝛ apoſtemati-bus cāne pulmonis:ꝛ nō ē mala ſtomacho ſicut hūida:imo qñ comedit cuꝫ almuri mundificat ſu-pfluitates ſtomachi. Et poſt pau-ca ſubiūxit. Et adminiſtratio ipi⁹ cū ieiuniuꝫ adeſt eſt mirabilis iu-uamēti in apiēdo vias cibi:ꝛ proprie cū nuce ꝛ amygdala:cum tñ ei⁹ nutrimētuꝫ cuꝫ nuce ſit pl⁹ ꝙ

cū amydala. Et ſi comedat̄ cū in groſſatiuis: fit ei⁹ nocumētū tūc maximum ⁊c. Idē ēt ſenſit Iſa. in par. d. c. ꝓprio cū inq̄t. Sicca ꝟo fic⁹ calida ē in ſc̄do gradu: ſicca i medio p̄mi. vt ēt di. hali. i. v. the. c. xix. Quaobrē calefacit et ſitim creat: et in cholericos mutat̄ hūores: ceterū tn̄ fructib⁹ nutribilior eſt ⁊ minus inflatiōis h̄ꝫ: et ſi ſuperfluos hūores i ſtomacho iueniat: dura fit ad digerēdū: ⁊ ad corruptionē mutat̄ ⁊ inflationē vētoſitatēq̄ gn̄at et peſſimū ſanguinē: in ſuꝑficie autem corꝑis pediculos creat. Si aūt hūores mūdificatos inueniat bn̄ digerit̄: et ſanguinē laudabilē facit: corpuſq̄ mūdificat ab hūorib⁹ malis: vrinā ꝓuocat: pectuſq̄ purificat pulmonem renes atq̄ veſicā ab hūorib⁹ groſſis: nō tn̄ ab inflatiōe ⁊ vētoſitate libera ē. Qui g̊ noxietates vult vitare ieiun⁹ accipiat. ⁊ p⁹ illā calamētū mādūcet aut ameos: aut pip ⁊ ſi͞lia. Choleric⁹ ꝟo p⁹ illā oxizacarā accipiat. Qui aūt maiorē cā nutrimēti eas velit accipe: vl̄ iō vt ſanguinē laudabiliorem gn̄et: nuces cū eis ⁊ ſil̄ cū amygdalis admiſceat. Idē ꝓm medicinā valet ſi cū yſopo coquat̄: pect⁹ pulmonēq̄ mūdat: ⁊ tuſſim diuturnā eneruat ⁊c. hec q̄ꝫ fuit Ra. ſn̄ia in iij. Alm̄. c. xx. di. Fic⁹ ſicce multū nutriunt ⁊ calefaciūt: quaꝝ multus vſus pruritum et pediculos creat: ventrē q̄ꝫ leniunt qn̄ an̄ cibum comedunt̄. Et i. xxi. conti. c. clxxv. autoritatate Diaſc. inq̄t. ꝙ ficce: fic⁹ ꝯglutināt calefaciūt: inducunt ſitim: laxāt ventrē: ⁊ nō ꝯueniunt fluxui reumatꝭ deſcēdentis ad ſtomachū vl̄ ad iteſtina: ⁊ ꝯferunt gutturi ⁊ cānalib⁹ pulmonis veſice: renib⁹ almati: ſquinantie: hydropiſi: ⁊ ſilib⁹. Et lꝫ dictum ſit ꝙ renib⁹ ꝯferāt: intelligēdū eſt ſanis nō vlceratis: qm̄ vt ꝑri. voluit in. xviij. iij. trac. ij. c. vij. Ficus ſicce male ſunt ad vlcera abſtergētes ea: ⁊ ſclapellātes ipa ꝓpterea ꝙ i ipſis ē lacticiniū occultū. Gal̄. q̄ꝫ eas multū laudauit i ij. alim̄. c. vij. cū ait. Fic⁹ ſicce ſubtiliatiuā ⁊ inciſiuā h̄nt ꝟtutem: et iō eaꝝ oblatio eſt ꝓfic⁹. nō ſolum humores groſſos h̄ntibus: ſed et ſanis: aptos eni faciunt eos eē: q̄ ꝓm epar exit⁹ alimentum nō ſolū egris: ſꝫ ⁊ ſanis ſecuriſſimuꝫ: verūtn̄ q̄cunq̄ cū aliq̄ igroſſantiū edulioꝝ comedūt eas nō paꝝ lędunt̄. Et in li. de euchi. di. ꝙ cum nucib⁹ ſicce fic⁹ comeſte optim⁹ ē cib⁹: ⁊ ſil̄r cū amygdalis: quare he duo in ipſaꝝ comeſtiōe obſeruent̄: ⁊ tertiū ꝙ an̄ cibū mādūcētur: ⁊ non in multa quātitate ⁊c.

¶ Cap. cxcvij. oñdit naturā et ꝓprietates iuuamentaq̄ granatorum et ſpecierum eorum.

Granatū dulce: vt ꝑri. ait. i. ij. cān. c. cccxx. frigidū ē ad p̄mū: ⁊ hūidū i ipō: ⁊ acetoſū ē frigidū ⁊ ſiccū i ſc̄do. Et acetoſū repmit cholerā: ⁊ ꝓhibet curſū ſuꝑfluitatum ad viſcera ⁊ ꝓprie vinū eius. Et in oībus ei⁹ vſq̄ ad acetoſū ē abſterſio cum ſtipticitate. Et dulce q̄dē lenificat naturā: et totum ipſi⁹ eſt pui nutrimēti: ſꝫ ē bonum. Muzū ꝟo q̄nq̄ ē magis iuuatiuū ſtomacho q̄ poma et citonia: ſꝫ ei⁹ granum ē malum: acetoſum exaſpat pect⁹: et dulce lenit ipꝫ: ⁊ ꝯfortat pect⁹: ⁊ ꝯfert tremori cordis: ⁊ abſtergit os ſtomachi. Et muzum cōfert inflāmatiōi ſtomachi. Et dulce ē ꝯueniēs ſtomacho ꝓpter illud q̄d ē i ipſo de ſtipticitate ſubtili. Et acetoſū nocet ſtomacho:

⁊ cũ hoc grana granati ſunt mala ſtomacho: ⁊ meliꝰ ē vt ſumat febriẽs de ipo pꝰ cibũ ſuũ ꝓhibeat eleuationẽ vapoꝝ: ꝗꝫ vt ꝑmittat ipꝫ: ⁊ ſubleuent̃ materie ab iferioribꝰ. Acetoſum et dulce ꝓuocant vrinã: lꝫ magꝭ acetoſum: ꝗuis ēt magis noceat ſtomacho et iteſtinis. Et granatuꝫ muzum ꝯfert febribꝰ acutꝭ et inflãmatiõe ſtomachi. Sꝫ dulce multoties nocet acutas hñtibus febres. Et iõ i. ſ. iiij. trac. ij. c. xxxix. ſic Prin. ait. Fructꝰ ꝗ diligunt̃ febricitãt febre cholerica ſunt granata dulcia et muza ⁊ pruna ⁊c. Cuius rõ eſt: qꝛ vt inq̃t Auer. i. vij. col. c. de ſincopi. in granis granatoꝝ ꝓprietas repiꝛ̃ reſiſtẽdi putrefactiõi: vt cibus in fumoſitatibꝰ ꝯuerti minime poſſit. Que ēt fuit Ra. ſnia in. iij. Almã. c. xx. di. Mala granata dulcia nõ infrigidãt: ſꝫ iflãmationẽ et ſitim faciunt: atꝗ guttur leniunt. Acetoſa ꝟo pctõris aſperitatẽ faciũt ſtomachũ et epar ifrigidãt: epar tñ ꝓprie q̃ cholere ac ſanguinis calorẽ extinguentia febrem reprimunt et vomitũ. Et in li. iiij. ſuoꝝ apho. ſic idem ait. Mala granata dulcia lenia bonos humores generãt: et expellũt humores putridos ab orificio ſtomachi: mouent appetitũ cõedẽdi: ⁊ eoꝝ acetoſa ſtomacho nociua ſunt ex ꝓprietate. Et in li. xxij. ꝯti. di. autoritate Dia. Oẽ granatuꝫ eſt boni chimi bonuꝫ ſtomacho modici nutrimẽti. Sꝫ granatuꝫ dulce gñat caliditatẽ modicã ir ſtomacho et inflãmationem: et iõ nõ valet ad calidas pſonas: tñ acidum ꝯfert ſtomacho inflãmato: et magis ꝓuocat vrinã ꝗꝫ aliꝺ granatum et eſt vehementioris ſtipticitatis intm̃ ꝙ etiã granatoꝝ acidoꝝ: ſi ponũtur in cibariis: ꝓhibẽt ſupfluitates ne veniãt ad ſtomachuꝫ et iteſtina: et decoctio ipſiꝰ ꝯfert vlceri iteſtinoꝝ et emanatiõi humiditatuꝫ ãtiquaꝝ a matrice. Idẽ ꝗꝫ voluit hali. in. v. Theo. c. xix. di. Granatum ꝯplexiõis ē frigide: et qꝺ acerbum eſt: fortis eſt frigoris humiditatis tẽpate et ſiccitatis: cholerã hic reprimit: ſtomachum cõfortat et epar calidum: vomitũ ſedat: et materias ꝓhibet ne ad vẽtrẽ fluãt cholericas. Dulce aũt inter calidum ⁊ frigiduꝫ et tẽpatuꝫ eſt: et humidã hꝫ ꝯplexionẽ. tuſſimꝗꝫ q̃ ẽ ex calore mitigat ⁊ gñat in ſtomacho frigido ventoſitateꝫ. Ex qͣbꝰ ſatꝭ liquet ꝙ granata plꝰ i via medicieꝗꝫ ĩ via cibi reponũt̃ ⁊ ꝓpterea tpe ſanitatꝭ aut nunꝗꝫ aut raro eis vtendum eſt. et ꝑcipue acidis: niſi grã extictiõis caliditatis ſtomachi vł epatꝭ ⁊c. Et ꝙ ita ſit ptꝫ ꝑ Gal. in. ij. de alim. c. xxij. ſic dixit. Alimentum autem corpi exibent q̃dem granata oĩno modicum: q̃re nunꝗꝫ ipſis vt alimento vtimur: ſed in pharmaci parte ſolum ⁊c.

¶ Ca. cxcvij. iõñ dit naturã ⁊ iuuamenta iuiubaꝝ in via nutrimenti nõ facere ad ſanitatem.

Uiube meliores: teſte Auic. i. ij. cañ. c. ccclxx. ſunt maiores eaꝝ q̃ frigide ſunt in prio equales in ſiccitate et humiditate: et ſunt declinãtes paꝝ ad humiditatẽ. ꝯferunt acuitati ſanguinis calidi: et extimo ꝙ illꝺ ſit ꝓpterea ꝙ ingroſſant ſanguineꝫ et viſcoſuꝫ faciant ipꝫ: ⁊ illoꝝ extimatio q̃ putãt ꝙ ipſe clarificẽt ſanguinem et lauẽt eum eſt extimatio corrupta ad quã ego non declino. et nutrimentũ eaꝝ ⁊ digeſtio ſũt difficilia: et ꝑmo q̃dẽ bonus i eis ē ille quẽ dixit Gal. Nõ

⁊ꝑ iniubas in ꝯſeruāda ſanitate
⁊ remouēda egritudine aliq̄d ope
rātes: ſꝫ ꝑ eas difficilis digeſtio
nis ⁊ pauci nutrimēti: cōferūt pe-
ctori ⁊ pulmōi: ſūt male ſtōacho ⁊
difficilis digeſtiōis. Qḋ ſilr voluit
Iſaac in particularibꝰ dictꝫ. c. ꝓ-
ꝑio. cū inq̄t. Iuiube calide ſunt ⁊
hūide i ꝑmo gradu: paꝝ nutriūt
et ſunt difficiles ad digerendum
ſtōachoq; nociue ⁊ ſāguinis phle
gmatici ḡnatiue. Que tū cū ſūt pō
tice ⁊ imature ſanguinis acumen
extingūt: ⁊ ſi ad maturatiōis tēpꝰ
ꝑuenerint pectoris ac pulmonis
aſpitatē hūectāt. Un̄ Gal. iuiube
nec ſanos cuſtodūt: nec ſanitatē
egris reſtaurant. Raſis ṽo de eis
ſic di. in. iij. Almā. c. xx. Iuiube in
caliditate ſunt tēpate: ⁊ ſūt bone
gutturi ⁊ pectori: ſāguinis quoꝝ
acuitatē parūper extingūt. Et in
li. iiij. ſuoꝝ aphoriſmoꝝ ſic inq̄t:
Iuiube ardorē ſanguinis extigūt
cholerā expellūt hūiditates tēpe
rāt: ⁊ maxie recētes ⁊ mature. Et
dixit Cratin ꝙ eſt mirabilis earū
natura. Et i. xxj. ꝯtinē. c. cccccvij.
di. autoritate Bimmaſui. ꝙ iuiube
calide ſunt ⁊ humide in primo: ⁊
cū ꝓprietate eaꝝ deponūt acuita
tē ſanguinis cholerici: cōferunt
pectori et pulmoni: tū male ſunt
ſtomacho. Et inq̄t Gal. in li. nutri.
ꝙ nutrimentū ipſarū eſt modicū
⁊ ipſarum digeſtio eſt difficilis: ⁊
ḡnant phlegma. vt etiā retulit Se
rapio autoritate eiuſdē in loco al
legato. Et ꝑꝑ ſapiētū medicorū
conſilio vtamur. et ipſas poſt po
mas ſi noſtrā cupimꝰ conſeruare
ſanitatem eo q2 paꝝ nutriūt: ⁊ q2
id minimū nutrimētum ipſaꝝ eſt
malū ⁊ phlegmaticū: omnino ab
his q̄ frigide fuerint complexio-
nis ⁊ frigidi ſtomachi fugiendū.
¶ Ca. cxcix. ponit nām ꝓpritates
⁊ iuuamēta limonū ⁊ arantiorū.

DE his duobꝰ in vno. c.
ſcribendū eē indicaui-
mꝰ: cū eoꝝ nature opa
tiōes ⁊ ꝓprietates ſiles
exiſtāt pariterq; ad mē
ſas nobiliū veniāt. De quoꝝ pri
mis dicemꝰ cū autore pādectarū
ſic ꝑmo de limōcello ſcribēte. Li-
mōcellū oibꝰ eſt notū: cuiꝰ odor
cōfortat cor: ⁊ eiꝰ acetoſitas ē fri-
gida ⁊ ſicca ⁊ valet ſirupꝰ ex ea fa
ctꝰ ad febres peſtilētiales deinde
di. de limōe. Limō fructꝰ pulcher
odoratꝰ plenꝰ ſucco acetoſo val-
de apto ſalſamētꝫ. ⁊ ipē ēt cōedit
ſale cōditꝰ. Nuſq; memini de ipſo
legiſſe apḋ authorē autēticū: niſi
apud Aui. in. iiij. canōe in cura fe-
briū acutarū i ḡnali: vbi iubet da
re aquā acetoſitatis limōis nō ſa
liti. Qḋ ēt ꝑciſe Michael nr̄ inq̄t:
veꝝ ipē addidit vt exiſtio totū ab
ſolute dicēdū frigidū ⁊ hūidū vſq;
ad ſcḋꝫ ⁊c. Cuiꝰ extimationē no
lumꝰ reprobare: cū primo: vt chi
lom ait: nō ſit maledicēdū alioq̄n
audituros q̄ nō merore ꝯficiāt: ſꝫ
tm̄ q̄d ḋ cōplexiōe horū fructuū:
ſalua ſꝑ vniuſcuiuſq; reuerētia ſē-
tiamꝰ breuiter explicabimꝰ ca fū-
cti autoritate q̄ anno etatꝫ nr̄e vi-
geſimo ꝑ clariſſimos collegij nr̄i
ꝓfeſſores nobis fuit ꝓ ſua in oēs
hūanitate ꝯceſſa di. ꝙ limonū ſuc
cꝰ frigidꝰ ſit ſupra ſcḋꝫ q̄litercūq;
ipꝫ voluerꝫ dnoiare: acetoſū. ſ. aut
ſtipticū aut pōticū vl' ex his cōmi-
xtū Nullū ei. viij. ſapoꝝ poterꝫ el
magꝫ q̄ȝ aliquē iſtoꝝ appropriare
vt ptꝫ diſcurrēdo. Si dixeris eū
acetoſū. reponemꝰ ipꝫ frigidū eē
⁊ ſiccū in ſcḋo. ⁊ dicemꝰ ꝙ eiꝰ hu-
mor ſit ſubtilis penetrabilis hu-
mores groſſos incidēs: ⁊ appetitū
ꝓſtratū excitās iuxta ſniaꝫ Iſaac
in. v. d. c. xiij. di. Acetoſꝰ ſapor fri-

gidit\u0101tē in ſcđo gradu eſſe denū-ciat: q2 humores ſui ſubſtātiales ſūt ſubtiles ꝛ penetrabiles ꝛ partim terreſtres: iō ꝯfortat et incidit groſſos hūores ꝛ appetitū cōmouet. Que fuit ēt gal. determinatio in. iiij. ꝺ ſimp. medi. diſtin. ij. c. iiij. Si ꝟo dixeris ſuccū limonū ſtipticuʒ eē aut pōticū: qꝺ ē magis ꝟiſimile: ꝛ nos ꝓnūciabimꝰ eū frigiduʒ eſſe i tertio aut in ꝑncipio eiꝰ di. Iſaac i loco alle. Ponticitatis hūores ſūt pure terreſtres et frigidi ſilr ꝛ ſicci tm̄. qꝺ neceſſe ē vt in fine tertij gradꝰ ſint vicini: vñ ꝛ ſua nutrimēta ſūt paruiſſima ꝛ groſſos hūores faciētia ꝛ ſubtili diete illaudabilia ꝛc. Si auteʒ ſtipticū dices ꝛ frigidū in. iij. ꝛ ſiccū habebit ipm̄ collocare: vt oēs voluerūt antiq̄. dixit em̄ gal. i. iiij. de ſimp. medi. diſtin. vj. Oē corpꝰ ſtipticū denudatū ex reliq̄s ſaporibus apꝺ ſenſuʒ inuenis ſemꝑ exꝑimētuʒ infrigidare. Quā cū habeat cōplexionē īfrigidat corpus hūanū ꝛ deſiccat: carniū q̄ʒ ac ſanguinis minorationē faciet ſi q̄ſeo mltoties vtaṙ. ſtōachūq̄ʒ ꝯfortat ac vētrē ſcđʒ plurimū cōſtringit: ꝛ ſanguinē gñat melācholicū: vt ēt ſcriſipt Almā. i. iij. Et ſi cōpoſitū ex dictis ſaporibꝰ dixeris: cōpoſitas habebit opatiōes ex illis reſultātes: q̄bus aūt in fine ſcđi aut in tertij frigidum hēbis ꝓnūciare ꝛ ꝺſiccatiuū. Et ꝓpterea nō via cibi ſʒ via potiꝰ cōdimēti limonibꝰ et limoncellis erit vtēdū: nec etiā ab oībꝰ: ſʒ ab his tm̄ q̄ caliduʒ et nō appetentē ſtomachum habuerit. Quare ꝛc. ¶ De arancūs ꝟo pandectaruʒ autor ſic inq̄t. De citrangulo nūq̄ȝ mētionē repi: niſi in. v. cañ. ꝛ i antidotario Dama. nobis aūt videṫ ꝙ gal. in. ij. de alim̄. ca. xv. de cedroꝝ fructu fecerit mentionē. Quiquidē fructꝰ nō citruʒ: vt ptʒ primo ꝑ eundē faciētem. c. xxxv. de citro. ptʒ ēt ꝑ ſeriē verboruʒ eiꝰ q̄ eſt talis. Cedrias nomināt fructū cedri: ſilr̄es q̄deʒ entes archeutidibꝰ ſcđm colorē ac figuram: etem̄ ſubruffe ꝛ rotūde ſunt differētes aūt dirimitate id eſt pūgitiuitate. ſ. a limonibꝰ magis em̄ limones pungūt ꝙ aranci e vt docet exꝑiētia. Et ꝓpterea dicebat. Michael nr̄. dʒ eligi arācia pōderoſa ꝛ minꝰ acetoſa q2 minꝰ ſtōachū ledūt ꝛ pꝰ aliq̄ ſubdit. Caro ꝟo coꝝ cōfert ſtōacho calido cholerico ꝛ reprimit acuitatē cholere nocet tñ plurimū ſtōacho frigido ſicut cortex eiꝰ maxime cōfectꝰ cū zuccaro ꝯfortat eū. Pro his tñ q̄ ea nō cognoſcūt ꝛ ab acetoſis i ſtomacho leduṅt: ſciēdū ꝙ meliꝰ eſt vt ipaʒ nō comedāt: q̄ tñ ſi omnino deſiderarēt rubicūdiora ſaltē ꝛ leuia corticē groſſum hñtia ſibi emāt: q2m̄ hec maturiora ꝛ dulciora minuſq̄ȝ nociua exiſtunt. Et de eis i modica ſumāt quātitate: cū īpoſſibile ſit vt omnimoda careat acetoſitate ſtōacho plurimū īimica di. Gal. vbi ſupra. Cōmune eſt oīʒ pungitiuoꝝ modicū dare corpori nutrimētū: q2 palā ſuccꝰ eiꝰ mordicatiuꝰ ē ſatis ſtōacho ꝛ grauatiuꝰ capitis: niſi aliquis valde parum ipſum offerat. quare. ꝛc.

¶ Capitulū. cc. oſtendit naturā ꝛ ꝓprietates meſpiloruʒ cū iuuamentis ꝛ nocumentis eorū.

Meſpila aūt ſcđm vulgares neſpila frigida ſūt ꝛ ſicca in primo gradu teſte Iſaac in particularibꝰ dictis. c. ꝓprio ꝛ ꝓprietatem habent ſtomachum confortandi: cholericā egeſtioneʒ ac vomituʒ auferunt vrinā ꝓuocāt: ꝛ magis ꝑtinet ad medicinā

ꝙ ad cibū pax eīn nutriūt ꝛ groſ ſos faciūt chimos: ꝛ melioꝛa ſunt an cibū ꝙ poſt. ꝛ ſcdꝫ Aui. in ſcdo cañ. c. dcclvij. ſunt mala ſiluestria ꝛ ſunt ſapoꝛis pōtici ꝛ ſtiptica vin cētia cholerā: ꝛ retinētia curſum: id ē fluxū: pl⁹ oī fruct⁹ faciūt ſola et ſunt mala ſtōacho ꝛ ſtringūt: et retinēt vrinā. Sic q̄ꝫ a Serapiōe ſcribit. Laroꝛ ē arboꝛ ſpīoſa: cui⁹ vna pars vocat meſpilū: ꝛ hꝫ fru ctū paruū ſilꝫ malis paruis bo nuꝫ ad cōcedēduꝫ: ꝛ eſt ſtiptic⁹ bo nus ſtōacho ꝛ cū comedit retinet vētrē ꝛ tarde maturat. Que fuit etiā Gal. ſnīa in. ij. alimē. ca. xxiij. di. Fruct⁹ meſpili eſt ſtipticic⁹ ſti pticitate oꝛti: ꝛ ī folijs ꝛ ī ſummi tatib⁹ eſt ſtipticitas. virt⁹ ei⁹ ē fri gida palā. qm̄ taliū oīꝫ pax cōce dere cōuenit nō vt ficuū autvuarū copioſe: neqꝫ eīn vt alimēto: ſꝫ me dicinis ipſis indigem⁹ magis. in vij. de ſimplici medi. c. meſpilū ſe cūduꝫ trāſlationē grecā quidam tricoctum nominant. eo ꝙ tria hꝫ oſſula oīa intra ſe. ꝛ poſt aliqua ſubdit. Stiptic⁹ aūt ſufficiēter eſt fruct⁹ hui⁹ arboꝛis: ꝛ vix eſibilis ꝛ recētiu⁹ ſufficiēter eſt vētris: ꝛ in germinib⁹ ei⁹ ꝛ folijs ſtiptica qua litas ē nō pauca. Diaſcoꝛides q̄ꝫ ſcdm̄ trāſlationē grecā ſic īqt de eo. Meſpilū ſemē hꝫ rotundū fru ctū minimum matiano ſilem tria oſſa habēs: vñ tricoctū dꝛ ſtipticū eſt euſtomachū ventrē abſtinet et tarde matureſcit. A quo ſumpſit Raſis cuꝫ i. iij. Almā. c. xx. de eis ait. Frigida ſunt ꝛ ſicca q̄ vētrem ſtringunt ꝛ cholerā repꝛimūt ru bcā ꝛ vomitū abſtinētꝛc. ꝛ ſubdit. Et q̄ ex eis ſūt dulcia adhuc ſunt debilioꝛa. Ex q̄bus patet ꝙ reb⁹ hmōi nō eſt vtendū: niſi grā me dicine ꝛ nō rōne nutrimēti vt per Gal. apparet vbi ſ. ꝛ in ii. de cu chimia ꝛ cachochimia. c. v. ſic di. Pomis ꝛ piris ꝛ meſpilis nō vt ci bis: ſꝫ vt pharmacijs indigemus ad robur ſtomachi atqꝫ vētris: et difficilis ſunt digeſtionis: et iō in parua ſumant quātitate et raro: necnon ab habentibus ſtomachū calidum cholerizantem et huiuſ modi: ab alijs vero minime.

¶ Capitulum. ccj. oſtendit na turam pꝛopꝛietates ꝛ iuuamē ta moꝛoꝛum in via cibi.

Moꝛū dulce vt princeps ait i. ij. cañ. c. cccxcix. currit ſcdm̄ ſemtiā fi cus in maturatione: ſꝫ eſt deterioꝛis nutrimē ti et minoꝛis et ſiccioꝛis et magis deſtruēs ſanguinē: et deteri⁹ ſto macho: in reliq̄s ꝓ ſic⁹ diſpoſi tiones hꝫ: eſt tñ inferius ea dulce eſt calidū ꝛ humiduꝫ: ꝛ acetoſum eſt ad frigiditatē decliue ꝛ ī ipo ē frigiditas ꝛ infrigidatio. Et infra inq̄t. Moꝛ eſt malum ſtomacho: coꝛrūpit eīn in eo: ꝛ qn̄ nō coꝛrū pitur velociter: nō nocet. Et opꝫ q̄ dem vt comedantur oēs ſpecies ei⁹ añ cibū: ꝛ recipiant in ſtoma cho in quo nō fit coꝛruptio. Illud vero de ſeni non nocet ſtomacho cholerico: ꝛ nō eſt in ipſo de mala cōueniētia ſtōacho qd̄ eſt in alijs: q̄uis ſit in ipſo malitia: et nō eſt nauſea in ipſo ꝛ nutrimētū ei⁹ eſt paruū ꝛ facit appetitū cibi: ꝛ facit ipm̄ lubricū: ꝛ extrahit ipm̄ velo citer: ꝛ oīno deſcēſus ei⁹ a ſtoma cho fit velociter: ſꝫ ei⁹ deſcēſus ex inteſtinis eſt tard⁹: ꝛ ſolutio moꝛi eſt plurima: ꝛ ꝓpter hoc in moꝛo quidē dulci eſt velocitas deſcen ſionis: aut ꝓpter ſuā humiditatē aut ꝓpter acredinē ꝛ admixtam. Et in oībus quidē ſpeciebꝰ moꝛi eſt ꝓuocatio vrine. Iſaac vero in particularib⁹ die. c. ꝓpꝛio. ſic de

eis scripsit. Mora celsi duob⁹ modis sunt: aut cruda: aut acria nõ matura aut matura ꝑfecte. Acria ⁊ nõ matura sunt frigida et sicca vim habẽt stipticã confortatiuaꝫ stomachi et intestinoꝝ: et ventrẽ cõstipant: et ꝓpterea huiusmodi valẽt ad diariã ⁊ dissinteriã: maxime si de cholera sint. Matura ⁊ dulcia ad calorẽ ꝑtinẽt ⁊ ad hũiditatẽ pl⁹ aũt ad humiditatẽ q̃ ex stomacho eiiciunt̃ cito ventrẽ hũectãt: vrinã ꝓuocãt. Si tñ cibuꝫ in stomacho añ se acceptũ inuenerint ⁊ eis obsistẽtib⁹ cõmorant̃ in corruptionẽ cõuertunt̃ et stomacho nocẽt ac capiti. Si aũt stomachuꝫ vacantẽ inuenerint: bñ digerunt̃. sꝫ modicũ nutriũt ieiunis accepta ⁊ refrigerata in aqua frigida: aut in niue refrigeratiua sunt valde: sitim auferũt: et intẽsionẽ caloris extingũt ⁊c. hec ẽt fuit Rasis sula in .iij. Almãs. c. xx. di. Mora q̃ sunt dulcia in caliditate sunt tẽperata ⁊ in stomacho fastidiũ faciũt. Acetosa vo frigida sunt: q̃ ⁊ ventrem cõtinẽt: ⁊ sanguinẽ fortiter reprimunt. Et in lib. xxi. cõtinẽ. c. clxxi. autoritate Diascordis silr ait: qd laxant ventrẽ ⁊ cito corrũpunt̃ in stomacho ⁊ autoritate gal. in. vij. subiũxit. fruct⁹ celsi matur⁹ laxat ventrẽ: cũ est acerb⁹ et desiccatus stringit fortiter ventrẽ: ⁊ valet cõtra dissinteriã ⁊ oẽs species flux⁹ Et ait li. dietarũ. cũ comedunt̃ celsi añ comestionẽ ⁊ inueniãt stomachum mũdificatũ velociter descẽdũt a stomacho: ⁊ reddunt facilẽ descẽsuꝫ alioꝝ ciboꝝ: ⁊ cũ comedunt̃ post cibũ ⁊ in stomacho sunt mali humores: velociter corrumpunt̃: ⁊ nocẽt magno nocumẽto ⁊ sicca mora vł desiccata: sunt medicina dissinterie ⁊ flux⁹ chronici ⁊ velocitas descẽsionis ipsoꝝ sunt maturi: põt ẽẽ ꝓpter humiditatẽ: ⁊ viscositatẽ sue substãtie. aut ꝓpter qualitatẽ ꝑmixtã eis habẽtẽ superfluitatẽ acutã laxantẽ ventrẽ: ⁊ subdit. Et qũ celsi nõ corrũpũt̃ in stomacho: proculdubio humectãt ⁊ nõ infrigidãt nisi fuerint in frigidati: ⁊ corꝑ nutrimẽtũ ẽ paucũ sicut melonũ: sꝫ nõ sunt mali stõacho ⁊ nõ vomitũ mouẽt sicut melões. Postrẽo dixit autoritate eiusdẽ i li. chimoꝝ: q̃ cũ celsi descẽdũt stõacho priusq̃ corrũpant̃ nõ oĩno faciũt malã opationẽ nisi mĺtiplicẽt̃ ipsoꝝ esus. Ex q̃b⁹ ptꝫ q̃ raro: ⁊ nõ nisi ab hñtib⁹ stomachũ mũdũ: mora sint mãducãda. Et q̃ ita sit apparet ẽt p haliabateꝫ in. v. theo. c. xix. di. Mora frigide sunt cõplexiõis i primo gradu in scdo vo humide q̃ bene matura sunt ventrẽ molliũt: immatura aũt stringũt: coruq̃ cõplexio frigida est ⁊ sicca. Et si qs mora stomacho purgato comederit et vacuo cito ab eo descendunt vrinã ꝓuocãt: ⁊ humorẽ gñant bonũ. Si sit auteꝫ mala i stõacho superfluitas cito corrũpunt̃ ⁊ hũorẽ reprobũ gñant: iõ añ cibũ comedẽda sũt. hec ipe. Qd etiã voluit Gal. vbi. s. ⁊ in li. de dissolutiõe cõtinua: vt in ca. de chrisomilis annotauim⁹ quare ⁊c.

¶ Ca. ccij. ostẽdit naturã ꝓprietates ⁊ nutrimentuꝫ nucũ vsualium cum suis nocumentis.

Nuces calide sũt ⁊ sicce ⁊ ꝓuocãt vomitũ ⁊ laxẽt vẽtrẽ teste Auer. i. v. co. vbi subiũxit. et dr q̃ habẽt malã ꝓprietatem: ita qd qui vtunt̃ eis nimis faciunt eis in lingua paralisim ⁊ comeste cũ ficubus obstant veneno loco bezear ⁊ multũ valẽt senibus ⁊ nocẽt illis

qui timēt paſſiones caloris ⁊ tpe magni frigoris nō ſūt nocive. Qd̄ etiam voluit pnceps in.ij. cañ.c. ccccij. cū dixt. Nux ē calida: cuiꝰ tiricaa eſt cū daꝛ calefactis. oximel: ⁊ habētibꝰ debilē ſtomachū cū muri aceto: ⁊ calida eſt i tertio ⁊ ſicca i pncipio ſcdi: ⁊ eiꝰ ſiccitas eſt minoꝛ caliditate ipſiꝰ: ⁊ in ipa eſt hūiditas groſſa q̄ delet cū antiquaꝛ. Facit ſoda: eſt difficilis digeſtiōis ⁊ mala ſtomacho ſ; nutrita ⁊ recēs eſt melioꝛ ſtōacho ⁊ minoris nocumēti: ⁊ illud qñ frāgit a duobꝰ coꝛticibꝰ ſuis: ⁊ nux q̄dē nutrita cū melle ꝯfert ſtōacho frigido: dico aūt ꝙ nux nō ē incōueniēs niſi ſtomacho calido tm̄. Facit bothoꝛ. Et qñ comediꝛ cū muri ſoluit. Multꝰ ꝟo vſus eiꝰ educit ꝟmes paruos ⁊ aſcarides ⁊ eſt ex eis q̄ ꝯferūt oꝛbo ⁊ cū ficubꝰ et ruta comeſta eſt medicina oibꝰ venenis ⁊ ex ea cū cepe ⁊ ſale fit emplaſtrū ſup moꝛſum canis rabioſi ⁊ reliquoꝝ. Siłr haliab.i.v.theori.c.xix.dixit ꝙ calida eſt ⁊ humida in ſcdo gradu ⁊ recentis caloꝛ eſt modicus. humiditas autē multa. Et poſt aliqua ſubdit. Eſt aūt nucis cibꝰ paucꝰ: que aūt vetꝰ eſt facta comeſtioni nō cōpetit: recēs aūt ventrē mollit maxie ſi cū muri comedaꝛ: niſi ꝙ capitis doloꝛē facit ſi nimiū comedaꝛ: ſitim ēt ꝓuocat: ⁊ in cholerā mutaꝛ rubeā: magis aūt q̄ vetꝰ eſt: ⁊ ſi cū ficubus comedaꝛ ꝓdeſt venenoſoꝛū veneno: ⁊ demū cōcludit. Nō ē autē; a nucibꝰ ſanguis generatꝰ malus. A quo ſumpſiſſe vr̄ Iſaac in p.d.cū inq̄t. Nuces virides ſunt minus ſicce calide tm̄: ⁊ habēt aliquātulū humiditatis ꝓpter maturitatē imꝑfectam: vñ parū ſunt ſicce pariſq; ſtomacho nociue: q̄ ſi a ieiunis comedanꝛ cū obſoma garo ⁊ aceto vētrē humectāt: cū ruta aūt mādncate ſunt ꝯ venenū. Sicce ꝟo ſunt tripliciter: q̄dā cū ſunt tpi ꝓducēti eas vicine q̄dā remote: ⁊ alie ſunt mediocres ꝓpinq̄ ſunt humide parū vnctuoſitat; habētes atq; q̄ddā pōticitatis i eis eſt: q̄ q̄to ab eodē elōgāꝛ tpe: tāto coꝝ ꝯſumiꝛ humiditas: eiſq; vnctuoſitas dn̄aꝛ q̄ tunc mādncate cito in humoꝛē cōuertunꝛ cholericū q̄bꝰ itaq; vetuſtioꝛibus exiſtentibus vnctuoſitate multo magis dn̄ante fit eaꝝ ſapoꝛ ⁊ vetuſtiſſimū oleū ⁊ cibi naturā augmētant. Cetere vero nuces coꝛpoꝛibꝰ nocēt: q2 difficulter digerūtur: ⁊ ſtomacho nocet. Cholericis aſſimilanꝛ humoꝛibꝰ: calideq; inimicanꝛ tuſſi: ⁊ ꝓſequiꝛ deide. Nuces minꝰ auellanis ſunt nutribiles ꝓpter ſuoꝝ coꝛpoꝝ raritatē ⁊ ſue vnctuoſitatis viſcoſitatiſq; copiā: vñ villis ſtomachi ſemꝑ ſūt cōtrarie: niſi tm̄ ſtōachū inueniāt tēperatū: aut tātū habētē frigiditatis quātū caloꝛis nūc repugnare valet. Idcirco tali ſiūt ſtomacho nutrimēti boni boneq; digeſtiōis: caloꝛē aūt hñti pſtāt vnctionē in cholericūq; mutanꝛ humoꝛē ac fumos capitiq; doloꝛē faciūt ⁊ in oculis vertiginē: ſ; vt ab eis oē auferaꝛ nocumētū: mūdate in aq̄ calida ponanꝛ ꝑ noctē vt partē humiditatis ab aq̄ ſibi mutuēt. fientq; virides ſcḋm ꝟo medicinam valēt: q2 ſi cū ficubꝰ ante cibum edanꝛ ꝯ rē venenoſam coꝛpꝰ defendūt ⁊c. Idē quoq; Raſ. ſenſit in.iij. Almāſo.c.xx.cū ait. Nuces calide ſunt: q̄ i oꝛe veſicas faciūt ⁊ calefaciūt ac capitis generant doloꝛē. Et in.iiij. ſuoꝝ aphoꝛiſ. libro. Nuces auellane male ſunt ſtomacho ⁊ epati: ⁊ humoꝛes malos efficiūt i ieiuno. ⁊i. ꝑxi.ꝯtinē.

c.ccij.autor. Gal.in.vij.dixit. Nu-
ces q̄ nō ſunt cōplete neq̄ deſicca
te ſunt replete humiditate idige
ſta. Et autoritate Diaſco.ait. Nu
ces qn̄ ſunt mature ſunt tarde di
geſtiōis: ⁊ nocēt ſtomacho: ⁊ gene
rāt cholerā citrinā ⁊ faciūt ſodā ⁊
nocēt tuſſi ⁊ ſi cōedāt añ cibū de
facili faciūt vomere: ⁊ comedētes
eas cū ficu ſicca ⁊ ruta añ ⁊ poſt aſ
ſūptionē medicine mortifere ipſa
nō nocebit eis: qm̄ talis mixtura ē
tiriaca ipſi⁹: ⁊ mult⁹ vſ⁹ nucū pur
gat ꝟmes. Subiūxit deide autori
tate eiuſdē i li. ciboꝝ ꝙ recentes
ſunt min⁹ calide q̄ ſicce: ⁊ ſūt pl⁹
hūide aq̄ſe iſipide ⁊ ſicce amotis
ōmis exteriorib⁹ groſſis corticib⁹:
ſi ponunt in aq̄ calida redeūt ad
naturā nucū recētiuꝫ: ⁊ dn̄t cōedi
cū almuri ⁊ aceto ⁊ qn̄ ſic cōedūt
erūt minoris nocumēti. Et nuces
cōdite cū melle ſtōacho cōferūt ⁊
deſiccāt ei⁹ humiditates: ⁊ ſūt ca
lide ⁊ ſicce ꝓꝑ ſpecies eis admix-
tas. Nos aūt vidim⁹ Gal. i. ij. d ali
mē. c. xxvj. ſic d ipſis ſcribētē. Nux
lara eſt ⁊ pl⁹ habēs oleaginū i ſe
q̄ auellana ꝑticipat aūt ⁊ q̄lita-
te ſtiptica ad modicū q̄ i tp̄e ꝓce-
dēte marceſcit trāſeūte tota ipſi⁹
ſuba i oleaginū humorē vt ꝑfecte
ineſibilis fiat ⁊c. ⁊ ēt dixit. Nuces
hūide ad ſeceſſū ſūt idonee: ſicce
ꝟo min⁹. Ex q̄b⁹ ꝑtꝫ ꝙ calidā hn̄-
tes ꝯplexionē minime eas debeāt
māducare frigidi āt ſenes ⁊ phle
gmatici ſecuri⁹ ⁊ i hieme ꝑcipue.

¶ Cap. cciij. oſtēdit naturā ꝓ-
prietates ⁊ iuuamenta oliuarū
ſuiſq̄ cum nocumētis ⁊c.

OLiuarū duo ſūt gn̄a: vt
dixit hali. i. v. theorice.
c. xix. alterū olei: ⁊ alte
rū aq̄. Que mag's nu-
triūt olee ſūt pōtice ꝟo
ſtōacho cōferūt ⁊ ipſuꝫ excitēt ꝓ-
prie ſi cū aceto ſumant ſunt aūt
medie iter ſubtile ⁊ groſſuꝫ. Que
aūt ꝑfecte ſunt maturitatꝫ calide
ſunt tēperati caloris: imature āt
frigide. A q̄ princeps videt accepiſ
ſe cū dixit. Oliue mature ſunt ca
lide ⁊ imature ſūt frigide deinde
ſubdit i eo loco. f. i. ij. cañ. c. dxxix.
Oliue q̄dē ſūt ex eis q̄ nutriūt pa
rū: ⁊ oliue q̄dē cū diſpoſitiōe ſua
ſūt difficilis digeſtiōis ⁊ groſſe: ea
rū ſalite ſubleuāt appetitū: et cō-
fortat ſtōachū ⁊ gn̄ant humorē ſti
pticū: ⁊ acetoſe ſūt magis recepti
biles digeſtiōis oēs q̄ alie. Iſaac
ꝟo lōge clari⁹ diſticti⁹ diffuſiuſq̄
de ipſis ꝑtractauit cū in. p. d. inq̄t.
Oliue duob⁹ modis diuidūt Do
meſtice. ſ. ⁊ ſilueſtres. ⁊ iteꝝ dome
ſtice trifariā: cū ſunt pōtice viri-
des ⁊ nō mature. Scd̄o cū ſunt ni
gre ꝑfectā habētes maturitatem.
Tertio cū ſūt iter hec mediocres
rubeū habētes colorē: quas Dia
ſcori. appellauit hyacinthinas.
Virides aūt q̄ ſūt pōtice ⁊ imatu-
re i duas diuidunt: in aquaticas
ſ. quas fugimus: qm̄ nil vnctuoſi
tatis i eis reperit niſi paruiſſimū.
Oliue ꝟo q̄ recte aquatice vocāt
ſunt terreſtres: qđ pōticitas ſueq̄
vnctuoſitatis teſtat inopia: ⁊ ob
hoc ad frigiditatē ⁊ ſiccitatē ꝑti-
nēt: vn̄ ſtomachi ſunt cōfortatiue
magis ceteris oliuis vētris tn̄ cō
ſtipatiue ⁊ min⁹ oim corporis nu-
tritiue ⁊ ad digerēdū tardiores:
paruitas nutrimenti fit ꝓ ſue vn-
ctuoſitatis inopia: ⁊ ob digeſtiōis
tarditatē ad frigiditatē ⁊ diriciē:
quas multi ꝑparāt cū ſale ⁊ ace-
to: q̄dā ꝟo cū ſale ⁊ aqua nōnulli
ꝟo cū aceto. Sꝫ q̄ cū ſale ⁊ aqua
cōdite a ſale accipiūt quādā acu
minis ⁊ ſiccitatis partē vnde ſan-
guini incēdiū ꝑſtāt: ſtomachi ner-
uos mordicāt: ſunt etiā difficiles

ad digerēdū ꝓpter groſſitudinē ⁊ duriciē eaꝝ: tñ acumē pūgit inteſtina: vñ citiꝰ egerunt. Que autē cum aceto ꝑparate ſunt renuiores exiſtūt: proinde cholere rubee acumē extingūt: appetitū excitāt maxie ſi in medio prādij accipiātur: q̄ ſi digeſtiōi obedientes ſint optie ſunt: ſtōachū ꝯfortāt et ventrē ſtringūt. Nigre āt oliue q̄ ad maturitatē ꝑuenerūt calide ſunt ⁊ mediocres inter ſiccū ⁊ hūidū: quas tñ Diaſco. dixit ſiccitati ꝑtinere. Gal. vō teſtat eas hr̄e humiditatē. Poſſibile eſt em̄: ꝙ eaꝝ ſaporoſitas ac vnctuoſitas inuit illam humiditatē hr̄e hac de cā cibus eaꝝ multū nutribilis ⁊ groſſus ⁊ mollificās ſtōachū tardus ad digerēdū: facilis āt ad egerendum. Tarditas digeſtiōis fit ꝑpt vnctuoſitatē cibū natare faciētē in ſummitate ſtōachi ⁊ cohibētē ad locū decoctiōis deſcēdere. Facilitas āt digeſtiōis fit pp vnctuoſitatē in ſtōacho lubricitātem: vñ priuſqȝ digerat deſcendit a ſtōacho: idcirco ad prioꝝ. ſ. ad terreſtriū ⁊ pōticaꝝ ꝯparatiōes ſunt illaudabiles: q̄ incōueniētē ⁊ illaudabilē gñant chimum ꝑſertim ſi ſint cū ſale ꝯdite: nōnunqȝ em̄ in cholerā ꝯuertunt. Hyacinthine vero minꝰ nigris ſunt nocibiles propter vnctuoſitatē ſue pōticitatiſqȝ inopiā: ꝑinde aliquātulū ſtōachū confortāt chimꝰ tñ quē iſte rubee gñant oliue eſt ſm eaꝝ colores: de nigris vē niger de rubeis rubeus gñat cibus. Qđ teſtat Gal. cū ait. Oliue rubee colorē faciūt quaſi vitellum oui ⁊c. Et poſtea ſubiunxit. Oliue nigre pfecte maturate cito in humorū corruptionem trāſducunt: ſtōachum molliunt ⁊ ventrē humectāt: lȝ ſm medicinā ſint vtiles ⁊c. Qđ ſenſit etiā Raſis in. iij. Almā. c. xix. di. Oliuē de aqua calide ſunt ⁊ ſicce: que ſi ante cibum cōedant: vētrē mouēt et os ſtōachi robuſtum reddunt. Oliue āt de oleo calidiores ſunt que et os ſtōachi minꝰ corroborāt ⁊ vētrē magis fluere faciunt ⁊c. Snia ꝗȝ Gal. in. ij. alim̄. c. xxv. dicētis eſt: ꝙ oliue paucū dāt corpi alimētuȝ: ⁊ maxie q̄ ſumme maturate ſunt: ⁊ q̄vnctuoſuȝ chimū habent ⁊ ſubdit. Idoneiſſime oliue ſunt ille q̄ in aceto repoſite ſunt: ſtipticū em̄ hñt chimū ⁊ roborant ſtōachū ⁊ excitāt appetitū: ⁊ in li. de diſſolutiōe ꝯtinua dixit. Et oliue aque qñ cōedunt añ cibum cū muri. i. ſale leniunt ventrē ⁊ qñ ēt cōedunt poſt cibum ſine muri: et maxime q̄ ſunt pōtice cum aceto cōfortāt ſtōachum et deprimunt cibum: et hac de cauſa comeduntur. hec ipſe. quare ⁊c.

¶ Ca. cciiij. oſtēdit naturā proprietates iuuamēta pſicorum ⁊ nocumenta.

PErſica: vt inquit Auerrois in. v. colliget ſunt frigida et hūida: hñt gñare humores corruptos ⁊ putridos: ⁊ aliqñ cholericos: ⁊ hñt mirabilē proprietatē reſiſtendi fetori: q̄ ꝓuenit a ſtōacho ⁊ odor ſuus valet ꝯtra cardiacā paſſiōeȝ. Sed ante perſica que nuſinꝰ dicunt: ſunt eiuſdem nature cum perſicis: ſȝ non hñt illā ꝓprietatem ⁊c. Auenzoar etiā in ſuo theiſir. c. j. dixit de eis: et cognitum eſt etiā ꝙ cōedere ꝑſica: q̄uis multorum ſint ne cumētoruȝ: habent oris fetorem remouere vitio ſtōachi procedentem et nullū aliud ſcit in eis iuuamētuȝ et halia. i. v. the. c. xix. ſic ſcripſit. Perſicū frigidū eſt ⁊ hūidū phlegma gñans et explicando duas

ſpecies eiꝰ inq̄t. Qđ tenex eſt ⁊ oſ
ſibꝰ facile mundaꝛ: citiꝰ et digeriꝛ
⁊ a ſtomacho vomittiꝛ. qđ aūt oſſi
bus cogitinaꝛ: ⁊ ſubſtātiā hȝ du
rā tanq̄ immaturū groſſus eſt et
tarde digeſtiōis. Et poſt aliq̄ ſub-
iūxit. Perſica ſi frigide dn̄i coedāt
cōplexiōis: accipiāt poſt illū ȝinȝi
ber cōditū: aut mel apū et ymōi.
A quibus accepiſſe vr̄ Auic. ſcri-
bēs de ipſis diffuſiꝰ in. ij. cano. c.
cccccxvj. ⁊ dicēs. Perſica ſunt fri-
gida in fine ſcd̄i: humida in p̄io
infra tn̄ finē eiꝰ. Que cū ſint humi
da velocis ſunt putrefactiōis: lini
tiua: lȝ i ipſis ſit ſtipticitas aliquā
tula: ⁊ p̄cipue illisq̄ ſunt exſiccata
aut immatura. Matura ſunt bōa
ſtomacho: ⁊ in eis eſt vtꝰ faciendi
appetitū cibi. Et opȝ q̄dem vt nō
comedaꝛ poſt aliū cibū: quoniam
corrumpuntur poſt eum corrum-
pūt ipm: ſȝ p̄cedāt anq̄ cibū acci-
piaꝛ. Et q̄ ſicca ſunt tarde dige-
ſtionis: ⁊ nō ſunt boni nutrimēti:
q̄uis ſint plurimi nutrimēti: ⁊ illa
q̄ matura ſunt leniūt vētrē: ⁊ q̄ im
matura ſtrigūt. ⁊ dixerūt q̄dā q
ipa addāt i coitu: ⁊ vr̄ q illud ſit
in corpibꝰ ſiccis ⁊ calidꝫ. Et i. xxij.
iij. tra. ij. c. xxj. ſic quoq̄ de eis ſcri
pſit. Ego āt abhorreo ea q̄ ſunt ſi
cut perſica ⁊ chryſomila: ⁊ ſilia q̄
replēt ſanguinē aq̄ſitate. Et in. j.
iiij. tra. ij. c. lxv. ait. Perſica p̄para
ta ſunt ad p̄miſcendū putredinē.
Qđ ꝯfirmat Iſaac in. p. d. cū inq̄t.
Perſica frigida ſunt ⁊ hūida in ſe
cūdo gradu plimū ſilia chryſomi
lis: ſȝ ſaporiora ſtōacho ꝯuenien-
tia nō eñ ꝯuertunꝛ vt chryſomila
lȝ chriſomilis ſint ſilia: qꝛ eodem
mō phlegma generāt p̄ſica iein-
no ſtōacho nocua ſunt edēda: et
poſt vetꝰ vinū odoriferū eſt bibē-
dū. Perſica eñ in duo diuiduꝛ:
eſt eñ quoddā albū grande pilo-
ſum ruboris quiddā hn̄s eſt. Et
aliud paruū leue ruffū ⁊ vl' citrinū
grāde ſaporiſq̄ dulcis acrioriſq̄
cuiſdā hūiditatis: humidus ac vi
ſcoſus eſt. quare ꝯuertibile i phle
gma groſſuȝ atq̄ putredinē. mani
feſtaꝛ aūt hoc qm̄ ſi p̄ſicuȝ fixum
ferro poſt ꝑaululū narībꝰ appo-
nas odorē q̄ſi putredinis ſentties:
ꝗuū aūt odoratiuuȝ a ꝯuerſiōe lō
ginquiꝰ exiſtit. Dixit ēt Raſ. in. iij.
Alman. c. xx. Perſica frigida ſunt
⁊ groſſa: q̄ lȝ ardēti ꝯferāt ſtoma
cho dure tn̄ deſcēdunt atq̄ i ſan-
guinē dure ꝯuertunꝛ. Qui āt eox
eſu vſus fuerit: febriū phlegmati
cax incurret gn̄ationē. Et in lib.
iiij. ſuox apho. inq̄t. Perſica febri
bus victibꝰ ꝯferūt i p̄ncipio ⁊ ſuc
cus eox in fine facit febres putri
das ſi materiā habilē ad excūdū
nō inuenerit. In lib: xx. ꝯti. c. cclxx-
vj. dixit autoritate Diaſco. Perſi
ca ſunt bona ſtōacho: laxāt vētrē
⁊ amara ꝯſtringunt ⁊ ſicca magis.
Deinde ſubdit autoritate Gal. in
li. cibox. Humiditas ⁊ ſubſtātia p
ſicox ſunt facilis corruptionis: et
male in oībꝰ ſuis diſpoſitiōibꝰ. Et
ob hoc nō dn̄t comedi poſt aliū ci
bū qꝛ ſupnatāt ⁊ tunc corrūpunꝛ
dinez manente ſubſtātia. Et in li.
j.de criſi.c.ix.cum inqt. Non expe-
dit tibi vt adminiſtres medicinam
ſolutiuā: niſi poſtq digeſta ē egri
tudo: et nō in principio vbi cruda
eſt materia: opz vt adminiſtres il-
lud qd nō min9 ſenſit Aui.in.iiij.j.
c.iij.di. In chronicis egritudinib9
maturatio tm et nihil plus expe-
ctādum eſt: et in acutis etiā egritu
dinib9 maturationē expectare me
lius eſt: et precipue cuz quiete fue-
rint: q ſi mobiles extiterint: tunc
ad euacuādum materiā feſtinare
erit meli9: qm impedimētuz mot9
eius eſt maius q ſue euacuatiōis
nocumentum anq ipſa ſit matu-
ra: et ppie cum humores fuerint
ſubtiles et in ccauitatibus venaz.
Et infra ſubiunxit. Cum humor
fuerit in vno membro cōprehen-
ſus: nullo modo moueat donec
maturetur: et eſſentiā habeat tem
peratā. Et iterz poſt aliq ſubdit.
Illd qd mag; cuſtodire debemus
in euacuatiōe: eſt cānaliū habitu-
do ne ipi ſint clauſi: qd tibi poſſibi
le erit ſi an maturationē vētrē ſol
uas.i. materiā cū lenib9 minuas.
Et i.iiij.eiuſdē. Anq vētris fiat ſo
lutio aut vomit9: pmittēda ē hūo-
ris ſubtiliatio q euācuād9 ē: et am
plificatio cānalium et ipoz aptio:
qm hoc eſt ex eo qd corp9 a pena
ſecurū reddit. et in.c.ſeq. Ex cā ti-
moroſa eſt vt mediciā vētris ſolu-
tiua ſumat fece i inteſtinis exiſten
te ſicca: imo expellēda eſt ſaltem
cū clyſteri aut iure mollificatiuo.
Et ſic innuit nobis per hec q dixit
qtū lenitio an vētris ſolutiōez ſit
neceſſaria. Quātum aūt digeſtio
hūoris euacuāda ſit opportuna:
ſatis equidem patefecit cum in.j.
iiij.tra.ij.c.vij.ſcripſit. Non eua-
cues materiā indigeſtā in calido:
neqz in frigido: niſi pp̄ter neceſſi-
tatem. Et infra. Si nō eſt digeſtus
humor nō moueas: niſi in pncipio
apud ſtatuz vo nō moueas aliqd
donec vicat natura et digerat. Que
fuit hippo. ſnia in.j.apho.aphor.
xxij.di. Digeſta medicari et moue-
re nō cruda: niſi in principio fue-
rint furioſa etc. Ex qbus ſatis ap-
paret q nō ſit feſtinādum ad me-
dicinas exhibendum ſolutiuas:
imo paulatim et ordinate pceden
dum.ſ.prius leniendo: aperiendo
mollificādo: ſubtiliādo: et hūores
crudos digerendo. Quem qui me
dicus ordinem non obſeruaue-
rit: irregularis et penitus inuti-
lis dicetur: et minime ad reſtau-
randum ſanitatem amiſſam ido-
neus: quare etc.

¶ Ca.ccxciiij. oñdit bonū medi
cū debere etiā in pceſſu nō ſe-
mel cām morbi eradicare: et de-
clarat quas in egritudine mate
teriali curatiuas intētiōes opz
ipſum obſeruare.

¶ Ut medicus

At medicus ſapiēs melius dignoſceret nobis viſuʒ eſt ⁊ hāc inter al'S ei neceſſarias ꝯditiões annotare debere: ſcʒ vt poſtꝗ̃ cognouerit morbi materiā digeſtā eſſe ⁊ cannales apertos ſore: ⁊ cetera oīa (que ſuperius diximus) ꝑparata ad hāc egritudinis materiā: nec totā nec multā ſemel educere ꝑſumat: imo paulatim a leuioribꝰ ⁊ facilioribꝰ incipiēs ad fortiora ⁊ vberiora ꝓcedat. Vñ ſi per phlebotomiā: pharmacū vel per vomitū: aut al'r quolibet euacuare voluerit: dʒ ſemꝑ aīaduertere ⁊ grādi cum diligētia attēdere ne virtutē proſternat vel mēbra debilitet: multā ſemel: aut bis ēt euacuationē operando: ſʒ potius ſit ſolicitus de eductiōis materiei partitiōe vt ſcientificū decet operatorem: dicente Aui. in. iiij. tertij. c. v. circa finem. In euacuatiōe ꝯuenientius eſt vt multiplicet numerus eius: ⁊ minoret ꝗ̃titas ipſius oi vice: quatenus ꝯſeruet virtus: ⁊ in. xiiij. eiuſdē tra. iiij. c. xiij. Opʒ vt ſolutio vētris nō ſit ſubito: imo ꝑ vices: nā illud qđ ſubitum eſt: mortale eſt. Et poſt aliqua. Rectiꝰ quidem eſt vt euacuatio nō fiat vice vna ſubito ⁊ cadat virtus: imo paulatim ne ipſa perueniat ad multam debilitatem: qđ etiā ſenſit Raſis in li. de egritudinibꝰ iuncturaꝝ. c. vij. cum dicit. Et caue in purgādo melācholiā ⁊ quēlibet aliū. ſ. humorem ⁊ ꝑcipue groſſum: qꝛ nō debes ſemel purgare: ſʒ ſepe. Iſti eñ humores nō ducētur in multa ꝗ̃titate in vna purgatione. Que fuit Gal. ſnīa in primo Terapen. c. vi. dicentis. Oportet quidem non repente neq; ſemel fortibus tentare ſanare pharmacijs: ſed tꝑe magis caute. i. paulatiue: ⁊ ſil'r hipp. in. j. apho. apho. tertio cum inquit. Cōpreſſiōes. i. euacuatiōes ad vltimū ducere fallax eſt: ſed qualis natura fuerit ſuſtinentis ad hoc ducere ſimiliter ⁊ inanitiōes ad vltimum ducentes fallaces. Ex quibus euidētiſſime apparet ꝙ nō tantum ab euacuatione multa per pharmaciam ſemel facta debeat verus ſanitatis reſtaurator auferre: verūetiā ab alijs oībus ſubitis euacuatiōibus: ⁊ ꝑmaxime a multa ⁊ ſuperabundāti phlebotomia materia non exiſtente furioſa: vt in chinocha: ⁊ ꝙ ita ſit ſatis ex doctrina principis patet dicentis in iiij. primi. c. xx. Ad ſummū melius eſt phlebotomie vices ſint multe ꝗ̃ vt ipſius ꝗ̃titas ſit multa: ⁊ intra ex iuuamētis ſecundatiōis eſt ꝙ phlebotomi virtutem cum perfectione ſue euacuatiōis q̄ eſt neceſſaria cōſeruat. Et in. j. tertij. c. vij. Nō extrahas totum quod eſt neceſſarium ex ſanguine propter egritudinem aliquam ſignificantem eius extractionem: imo retine ex eo aliquid vt reſiſtat illi egritudini ⁊ in prima quarti tra. ij. c. vij. ſimiliter ait: et conſilium quidem meum in phlebotomia eſt vt dimittatur ꝗ̃tum poſſibile eſt. Si autē nō eſt poſſibileꝫ: tunc multiplicatio numeri eſt melior multiplicatiōe quantitatis: oportet eñ vt euacuetur ſanguis multus ſubito: quoniam euacuatur multuʒ de eo cuius nō eſt neceſſaria euacuatio: ⁊ quia debilitatur virtus ⁊c. Patietur itaq; ſapiens medicus phlebotomiam cum ipſa neceſſaria fuerit: et ſimiliter pharmaciam ſicut et quamlibet aliam euacuationem toties replicabit vſq; quo totam materialis egri-

tudinis cauſam abſciderit: quoniam melius eſſe ſit interpolando procedere cognoſcet: quam velle totam ſimul et ſemel morbi materiā euacuare. Imperitus autem de quo minime confidendum erit: hac nō vtetur diligentia: et ideo perducit infirmum ſi debilis fuerit ad mortem: et ſi fortis ad maximā ſui corporis debilitatem ob virtutis reſolute proſtrationē: ad aliqđ euacuatiōis genus ſubito factum cōſecutam. Rōnabilis vero hunc in errorem nequaquam incidet: eo quod canones medicinales obſeruando paulatim et ordinatiſſime in egritudinis remotione: et ſanitatis inductiōe pcedet curatiuas huiuſcemodi intentiones obſeruans in morbo materiali: nā poſt conueniēs in qualitate et quātitate dicte ordinationē. Primo leniet vētrem cum clyſterijs et hmōi. Scđo ſi expediet phlebotomare faciet infirmum. Tertio loco digeret cauſam antecedentem morbi factiuam cum leuibus. Quarto minorabit illam cū facilibus ſolutiuis. Quinto cum fortioribus procedet digeſtiuis et aperientibus magis ſi oppilationum aperitio oportuerit. Sexto cum potētioribus: non tamen venenoſis: materiā egritudinis eradicabit pharmacijs. Septimo diuertet ſi quid a loco patiente diuerti fuerit neceſſarium. Octauo autem reliquias materiei per ſudorem vrinam et huiuſcemodi vias reſoluere comminabitur. Nono corriget accidētia que curam non peruerterunt. Decimo et vltimo qualitatem malā a morbo vel eius impreſſam remouebit mēbra confortando debilitata: et totum paulatiue reſumendo donec patiens ad priſtinam redierit ſanitatē. Sic ergo ſapientes medici procedūt ordinate: ſicut ignari cōfuſiſſime mō vnū mō aliud irrationabiliter adminiſtrātes: quare etc.

¶ Cap. ccxcv. oſtendit cognoſcere medicum rationalē ex hoc quod cum predictis intentionibus procedat: et non ilico currat ad narcotica: vt emperici: ſed tantummō eis in extrema vtatur neceſſitate.

Rationalis et honorandus medicus pretactas in precedenti. c. curatiuas obſeruabit intentiones in materialibus curandis egritudinibus acutis et chronicis ſalubribus ſi aliquod fortiſſimo paccidentiū ei curā peruertere nō cogerit: et ſuū ordinem nō impediunt: et felicē ſemper egritudinis ſucceſſum inueniet: quemadmodū per cōtrariū emperici: et a tali veritatis tramite et vere curationis viō deuiātes in ſaluberrimis etiā paſſionibus et in fortiſſimis corporibus ſepius: et (vt verius dicā) ſemper vidēt mortē aduenire. Et hoc quia nullū ordinē hītes in curationibus ſuis eam negligunt: et tm̄mō ad accidētiū remotionē intendunt vt ſapiētiores eſſe videant: et quam primū ad narcotica adueniūt et ſomniū patiētibus inducunt: vt eos ilico liberaſſe et quieſcere feciſſe ab aſtantibus inducunt ab illiſque immerito cōmēdent. Inde tū poſtea nocuiſſe magis: et quandoque interimiſſe cōpertū eſt: ſicuti in dolore cholico: et in alijs huiuſcemodi vidimus ſepius contigiſſe. Unde tales medici poſtmodū vilipenſi fuerūt ab oībus et maledicti: quia verum curādi modum ſcz cauſe abſciſſionem non intellexere: nec quātum periculi ſomnifera cōcipiāt prout decet et opz cōſidera-

rūt. Nec viderūt Aui. l. iiij. j. xxx. vi. In dolore cholico ⁊ exhibitiōe narcoticoꝝ magnificatur malus finis: qm̄ materiā augmentat: et frigus et ꝯgelationem et clausulā ⁊ in. j. iij. c. xxix. Aleuiatio a medicinis vehementer frigidis factis ex eis q̄ sunt sicut papauer ⁊ opiū ⁊ reliq̄ hmōi nō tibi necessaria: nisi apud vehemētē necessitatē ⁊ fortē dolorē. et in trac. ij. c. x. eiusdē. Tibi q̄dē ꝯuenit ne declines ad narcotica q̄ntū potes. ⁊ i. c. xxix. eiusdē. Si narcotica ⁊ somnifera tibi necessaria sunt propter doloris vehemētiā: vtere eis cautelis et timore. ⁊ in. iij. iij. tra. j. c. ix. Qm̄ doloris vehementia facit necessariā stupefaciētium adhibitionē illa tn̄ quātum potes expelle: ꝙ si aliquod eoꝝ administras ꝓpter necessitatē administra illō ſm cautelā. et in. c. xiij. eiusdē sic etiam retulit. In egritudinibus ⁊ doloribꝰ vētosis nō est narcoticis vtēdū: sicut quidam ꝓsumptuosi q̄nq̄ audēt administrare apd̄ dolorē vehemētiā vt ide sedet dolor in hora. Sꝫ ipse post horā vehemētiꝰ excitat q̄ priꝰ fuit ꝓpterea qd̄ ꝓhibet resolui ventositatē. Et in. xiiij. Fen. eiusdē sic etiam scripsit i tra. j. c. xxj. Q̄nq̄ est necessariū sumere in potu stupefaciētia ⁊ ꝯfectiōes opiatas recipiētes iusq̄amū ⁊ philoniū: ⁊ ego abhorreo illō cū inuenit ab eo iter. ⁊ in. xvj. iij. c. iiij. In narcoticis est timor: lꝫ q̄nq̄ accidat vt sint necessaria. Et quōcūq̄ sit nō opꝫ vt administrētur q̄diu ab eis excusatio eē pōt. ꝙ si necessaria fuerit eoꝝ administratio: nō exhibeant ei cuiꝰ infrigidatur corpus ⁊ debilitat virtus: et apparet illud in pulsu. Si vero necessarium fuerit: misceātur cum eis que sunt sicut castoreum et crocꝰ: ⁊ similia. Et iam testificati sumus nos vidisse q̄ supposuit sibi collyrium ex opio et mortuus fuerit. Et cuꝫ possibile est vt administrētur in collyrio nō administrentur in potu: et qm̄ possibile est vt administrentur in emplastris nō admīstretur suppositorium factum collyrium. Et tra. iiij. c. ij. eiusdem sic etiam ait. Incipientes sedare dolorem cū narcoticis ꝯponunt reꝫ maximi erroris. Administratio enim narcoticorum nō curatio vera in aliquo: et illud qm̄ curatio vera est incisio cause. Et stupefactio est confortatio cause: et destruit sensus per caꝫ. hec ipse. Ecce igitur quoties hac de re princeps Auic. medicos hos bestiales admonuerit: vt non nisi in extrema necessitate talia administrēt periculosa: quē si q̄nq̄ legissent quod faciunt nō auderent. Sed quia opera eiꝰ nedū Gal. et alioꝝ nunq̄ inspiciūt: volui hoc in. x. loca omnia in quibus hec ꝓhibeat annotare: vt si fortassis: qd̄ nō credo: hoc nostrū opus ad eoꝝ manus ꝑuenerit: videre possint ⁊ cognoscere suū errorē seipsosq̄ ab eo corrigere qd̄ nisi fecerint ab astātibꝰ hūc librū habentibus cognoscetur: ⁊ vt eorū merebit ignorātia: magno cū dedecore ex domibꝰ expellētur. Periti aūt ⁊ sapiētes hoc nō timebūt: quoniā causam prius abscindere conabuntur predictis cū intentionibus: nec vnq̄ ad huiusmodi somnifera peruenient: nisi cum vehementia accidentis virtutem sua fortitudine prosternentis id exposcerit: ⁊ tunc pronostico cautela et timore ea administrabit: et non quomōcunq̄: sed vt supra Auicenna preceperat. quare ⁊c.

Qualiter cognoſcitur regularis medic⁹.

¶ Capitulū.cccxvj. oſtēdit qn̄ poſtpoſitis dictis intentionibus curatiuis: poſſit etiā rationabilis medicus ad narcotica cum cautela tamen tranſire ne aſtantes ꝛc.

Decreuimus hoc in capi. declarare quādo etiam rationabilis et ſtudioſus medicus poſſit ſm regulas medicīe narcoticis vti vt per hoc aſtantes intelligant eum nō niſi canonice et ſciētifice ꝓcedere et ipſū ab emperico ſecernere valeāt. Dicam⁹ ergo cum Auer. in.v.col.c. de ſincopi accidente cauſa doloris. q̄ nō ſit narcoticis vtendū: niſi cum infirmus in articulo mortis eſſe reperitur, cauſa doloris. Tunc em̄ ſedationi intendere oportet cum quibuſcunq̄ remediis mitigantibus a lenioribus tamen incipiendo quibus non auferentibus ad narcotica ſomnifera tandē deueniendum eſt: ꝛ non ad omnia: ſed ſolummodo ad cōrecta et conſolata cum ſuis dezarticis licet peruenire dicente Auicenna in quarta primi. capitulo trigeſimo. Stupefacientis complexionem conſiderare debes et ipſius qualitatē: et vt quod ex eo eſt facilius dones et vt tribuas id quod eſt cū ſuis tyriacis compoſitū: niſi res fuerit maxime que forti indigeat ſtupefactiōe: et prius exteri⁹ erūt applicanda. et ſic etiam non conferentibus: interius poſtremo in pauca quantitate. et cū maximo timore et premiſſa pronoſticatione propinentur vt dolor aut huiuſmodi aliquod aliud fortiſſimū accidens ſopiatur; et virtus totaliter non reſoluatur: cum dolor permaxime virtutem proſternat. dicente Auicenna in primo canonis fen: doctrina et ſumma ſecundis. et capitulo vigeſimoſecūdo. Dolor virtutem diſſoluit: et membra a ſuis propriis operationib⁹ prohibet adeo vt membra ſpiritualia ab aeris ꝓhibeāt attractione aut eius deſtruat operationē et facit eum interſectū, et freq̄nētem et omnino non ſecundum naturalem curſum. Et in primis calefacit membra: et poſtea infrigidat propter illud quod reſoluit et vincit de ſpiritu et vita. Et in quarta primi. capi.xxx. Omnis q̄dem dolor qui fit fortior interficit: quoniā ex eo in primis accidit frigiditas corporis: ꝛ tremor poſtea fit pulſus paru⁹: deīde deſtruitur: poſtea moritur. Et propterea dixit Raſis in diuiſionibus. ca. cxl. Tu non dimittere debes vt eger tolleret dolorē: q2 facit currere apoſtema et putrefactionem et corruptionem membri ꝛc. Et iō debēt medici oī ſuo ingenio ſedare dolorē primo cū rebus vere curātibus ipſum ſi eis poſſibile eſt: que res vt dixit Gal. in.vj. apho. cōmen.xxxj. ſunt mediocriter calide: quoniam calefactionis ꝯſuetudo eſt dolorē mitigare aliquādiu. Et in ſexto de ingenio ſanitatis capitulo ſecundo dixit. Aqua calida mitigat dolorem oīs apoſtemati. Et libro quinto. de ſimplici medicina. diſtin.v.ca.j. ſic etiā ſcripſit. Medicine q̄ ſunt vere ſedātes dolorē dp3 vt ſint ſubtiles: et q̄litas earum ſit maior quantitate que intenditur: ſz euacuēt: et reſoluant et rarificent et ſubtilient et maturent et faciāt procedere omne quod eſt coartactū et oē qđ ē retentū in mēbro cū q̄ eſt dolor ſiue humor calidus ſit ſiue viſcoſus. In ſecundo vero de ſe-

bribus ad glauconem ait. medio crem dolorẽ ſepe adhibita extrinſecus calefactio: vt euaporatio ſola ſeipſam totum curauit: vel minuit cauſaʒ ⁊c. Uñ princeps in ſecunda primi. doct. ij. c. xxj. ſic concluſit. Cauſa quietis doloris eſt: aut ꝙ cauſe ex qua prouenit exiſtit contrarium et ipſam euacuat ſicut anetuʒ et lini ſemẽ cum ſup locũ dolorẽ ex eis fit emplaſtrũ: aut cũ quo mollificat̃: ⁊ fit ſomnꝰ et ſenſibilis virtus ad ſuã reddit operationem ſicut inebriãtia: aut quo infrigidat̃ ⁊ ſtupidum efficit ſicut narcotica ſedans: tamẽ certum eſt primuʒ. Et ideo medicus cum ipſo aut aliquo ſibi ſimili tẽtet prius ſedare dolorem: que ſi non cõtulerunt et dolor magis atꝗ magis infeſtauerit: adeo quod virtuteʒ deijcere incipiat: tunc ad narcotica cuʒ cautela tranſire debet eligẽdo ex eis que magis correcta ſunt et ab autoribus commendata: et primo exteriꝰ apponat: et poſtremo per os exhibeat et in modica quantitate et grandi cum timore: vt diximus poſtquam aliud ei contuliſſe non perceperit. Si ergo rationabilis medicus poterit ſomniferis vti ne ꝓtus omnino proſternatur de qua tantum ſolicitus eſſe debet: vt ſupra declarauimus. In ſimplicibꝰ itaqꝫ et materialibus morbis tali cum ordine predictiſqꝫ cum intentionibus ſanitatis reſtaurator procedet ⁊ in hoc eius ſufficientiam demonſtrabit: quemadmodũ ꝯfuſa ⁊ inordinata curatio irregularẽ et minie ꝓ inductiõe ſalutꝭ egri retinendũ oñdit. Q̃re ⁊c.

¶ Ca. cxcvij. oñdit q̃liter cognoſcẽdꝰ ſit regularis ⁊ ſapiẽs medicus ex curatione complicatarum infirmitatum.

Quia nõ modicũ facere ad ſanitatis ⁊ vite cõſeruationeʒ exiſtimamus ſcire medicũ ſufficientẽ et ad curationem idoneũ cognoſcere in cuius manibus eger cum fiducia reponat̃ per multa in hoc opere capitula conati ſumus id oſtendere: ne quis ĩ huiuſcemodi electiõe neceſſaria deciperetur: ꝓ maxime autem per imediate ꝓcedentia: in quibus declarauimus qualiter medici peritia ex ꝓceſſu et ordine curatiõis ſue i ſimplicibus morbis dignoſci poſſit: i hoc autem ꝓ huius materieiꝰ complemento dicemus quõ etiam per cõplicatarum egritudinum curationem doctum et honorandum ab indocto et equiuoce medico aſtãtes diſcernere valeãt. Preſupponamus ergo ꝙ pleruꝫqꝫ ꝯtingit. ſ. ꝙ impatientie non ſolum vna: ſꝫ due vel tres aut plures ſunt egridines ꝯiuncte: vt putrida cũ ethica: tertiana cũ cholica: et renũ excoriaſiõe: vel ſoda cum ſtomachi debilitate ⁊ dolore matricis ⁊ huiuſmodi ſicut perſepius accidit. Stante ergo vna iſtarum complicationum dicamus ꝙ ſapiẽs medicꝰ dꝫ canonice ⁊ regulariter ꝓcedendo vnicuiqꝫ harum paſſionuʒ attendere: inequaliter tamen: nã fortiori magis ⁊ minus debiliori: dicente Aui. in. iij. j. doct. ij. ca. xij. In primis oportet maioreʒ habere ſolicitudinem de re que maiorem incurrit terrorem regendo illud etiam quod eſt ſub ea. Et in iiij. j. c. vlti. Cum multe coniungũtur egritudines: ab ea incipere debemus in qua vna harum trium proprietas exiſtit. Una earum eſt ꝙ alia ſanari non poteſt antequã

ipſa ſanet̃: ſicut apoſtema et vlcꝰ cum ↄiũgunt̃: medicamur enim apoſtema donec cõplexiõis malucia q̃ cum eo venit remoueatur: abſq̃ cuius ſanatiõe vlcus ſanari non põt: poſtea ṽo medicamur vlcus. Et ſcd̃a earum eſt cuꝫ vna egritudo cã fuerit alterius: ſicut cũ accidit oppilatio et febris: medicamur eñ oppilationeꝫ primo deinde febrem: ꝛ nobis neſſariuꝫ fuerit oppilationẽ aperire cũ eo in quo aliqua exiſtit caliditas nõ curabimꝰ de febre: qm̃ impoſſibile eſt vt febris remoueat̃ cã ipſiꝰ remãnente. Tertia ṽo cum fuerit vna earꝫ de qua maior ſolicitudo ſit hñda: ſicut coniũgat̃ ſinochꝰ et paralyſis: medicamur eñ ſinochũ extinguẽdo et phlebotomãdo: ꝛ de palyſi nõ curabimꝰ. Cum aũt egritudo ꝛ accidens cõiungit̃ a ſanatiõe egritudinis incipiemus. Et ſi accidẽs ſuperauerit: tũc accidentis curam habebimus et egritudinẽ nõ ↄſiderabimus ſicut in cholica damus ſtupefaciẽtia: ꝓpterea vt doloris fortitudo remoueat̃: ipſi cholice imdimentum faciat ꝛc. In. iij. quoq̃ iij. cano. tra. iij c. xxiiij. ſic ait. Cũ due cõiungũtur egritudines: opꝫ vt vehementiorem earum diligẽter attendas. Quod etiam voluit Ra. in lib. de egritudinibus iuncturarum. c. iij. cum inq̃t. Primuꝫ medicãduꝫ eſt rei piculoſiori. Et Auer. in. vj. colliget. capi. de cõſeruatione corporis cuius membrũ eſt diſtemperandum: ſic etiaꝫ ſcripſit. Stante egritudinum contrarietate vt ſtomacho frigido ꝛ epate calido: in talibus indigemus regimine mixto: et plus inſtare diſtemperantie periculoſiori. Et in ſeptimo libro eiuſdem capitulo de cura febris et hiemere cum fluxu ventris inquit. Medicꝰ in hoc ꝓuiſor eſſe dꝫ: vt reſiſtat ei quod plus eſt timendũ. q̃ fuit Gal. ſententia. in. j. aphoriſmo. commen. decimo ſeptimo di. Duorum morborum fortior medicãdũ eſt priꝰ altero tamen non neglecto. Sic igitur ſapiens medicꝰ ſua cũ prudẽtia ſincerorq̃ iudicio in curatione ↄplicatarum infirmitatum de ea magis erit ſolicitꝰ paſſione: q̃ maiorẽ inducit timorem: que grãdiorẽ ſolet ꝟtuti leſionem afferre: quecũq̃ res illa fuerit ſiue dolor aut ſincopis: aut accidẽs aie vigilie ſuperflue: aut fluxꝰ immoderatus: vel alia hmõi virtutis proſtratiua: quã ſ̃cũ medicus ſedauerit: ꝛ virtus deinde reſtaurata fuerit febri vel alteri ſecũ ↄiuncte paſſioni principalius poterit attendere prehabitas obſeruãdo curatiuas intentiones: et ſic domino ꝓcedente vnãquãq̃ ſalubrem infirmitatẽ ſcientifice curabit. ꝛc. Qui autem ↄpoſitas egritudines altero tramite q̃ꝫ dictum ſit: curare tẽtauerit: ꝛ ꝑadductis autoribus nõ obedire preſumpſerit: ꝑ beſtiali aut fatuo periculoſiſſimoq̃ habeatur. Bene igitur aduertant egrorum aſtantes ad hec que ſcripſimus: vt valeãt peritos ab imperitis diſcernere: qm̃ tota ſalus totaq̃ vite ↄſeruatio ↄſiſtit. Nec homo reperitur qui ſemel ſaltem ſi non ſemper: hac non indigeat obſeruantia: quia medicorum nõnulli reperiũtur q̃ diuerſis eorum aſtutiis: ꝛ ſi nihil aut parum quippe intelligant: infamiam tamen deueniunt. Ut in libri huius capitulo ſexto declarauimus quibus permaxime cauendum eſt: quoniam et ſi medici dicantur: equoce tamen nomẽ illud intelligenduꝫ. ſicut in ꝓlo-

go phyſicoꝝ inquit Auer. ꝙ hō p̄
dicat̄ de hoīe viuo ⁊ d̄ hoīe lapideo
ſic etiā ſcd̄m diuerſas rōnes: ⁊ ly
medicus predicari ſolet. qḋ ſenſit
hippocrates in li. de lege di. Me
dici numero quidem multi opere
vero pauci. Et ideo replicam⁹ ite-
rum ad vocādū medicū bene cōſi
derent aſtātes ⁊ poſtq̄ aduenerit
ad oīa quecūq̄ faciet ⁊ ordinabit
q̄ diligenter animaduertēte: qm̄
pauci medicoꝝ regūt īfirmos re-
gimine recto: vt Gal. ait in primo
de creticis ca. ſeptimo. quare ⁊c.

¶ Capit. ccxcviij. in quo autor ſe
primo de quibuſdam excuſat: de-
inde preſens op⁹ exponit omniū
maiorum patrum cenſure.

IAm ſoluim⁹ q̄li-
ter hoīz vnuſq̄ſq̄
dū ſan⁹ fuerit: in
ſua valeat ſanita
te ꝯſeruari ⁊ pari
ter quō cū iā egro
tauerit ſuā poſſit
ſalutē amiſſam recuperare: quē-
admoduz ab huius operis initio
velle dicere pmiſeram⁹. Que ſatiſ
facere p̄ p̄ſenti negotio: de ſalu-
tis .ſ. cōſeruatione arbitramur vñ
plura ſcribi hac de re ſuperflua ⁊
minime neceſſaria viderent̄: q̄ob-
rez hec que iam dicta ſunt ſuffice
re volumus et pretermitere lon-
gas admodum ⁊ tedioſas (q̄ dici
poſſent) philaterias: eo ꝙ ſua cū
plixitate ꝓmoleſte quidē narare:
et inutiles penitus efficerent̄: di-
cente Auicen. in .xv. tertij. cap. vj.
Nō eſt in prolongatione ſermo-
nis vtilitas. Et per hoc intēdim⁹.
p̄rio de ampliori hui⁹ libri quāti
tate nos excuſare per itidē etiā de
hoc qḋ dubitatiōes q̄ circa auto
rum dicta oriri poterant nequaq̄
mouerim⁹: ꝙ nō aliā ob cām feci
mus: niſi vt legētiū mentē a re iā
incepta minime diuerteremus: et
ne nimium tractatus noſter pro-
longeret̄. Impoſſibile nāq̄ videt̄
vt queſtionum ſolutionibus intel
lectus humanus acquieſcat: niſi
ante illas diſtinctiones ⁊ preſup-
poſita pro cōcluſiōib⁹ neceſſaria
prediſponātur: ⁊ ſup illa deinde
reſpōſiue cōcluſiones fundent̄: ⁊
demū ad arguta: vt fieri ſolet: re-
ſpōdeatur. hoc autem paucis: vt
quilibet itelligit: minime poſſunt
expediri. Nec etiā meipſum a p̄-
poſito deuiarem: ⁊ ad artes alias
trāſirē: eas q̄ libentiſſime poſter-
gaui queſtiones quoniā plurimū
ſolent medicū impedire: ⁊ ipſuz a
medicina diuertere: vt voluit prin
ceps in .j. quarti. ca. j. cum inquit.
Occupatio in cōtradictionib⁹ eſt
illud quod non confert in ſciētia
medicine aliquid. ⁊ facit medicuz
procedere ex arte ſua ad inquiſi-
tiones que fortaſſe impediunt ⁊
ipm ab arte ſua. Et ꝓpterea dice-
bat Gal. in libro primo de ſimpli-
ci medicīa diſtictiōe .iij. c. v. Caue
vt nō ponas teipſum loco ei⁹ qui
facit heſitare: ⁊ aptus eſt implica
ri in queſtionibus plenis dubita-
tionibus ⁊c. Volumus etiam hac
in parte excuſatos eſſe: ꝙ ī aliqui
bus diſſentientes: vt in gradibus
medicinarum ſimpliciuz ⁊ in alijs
quibuſdam diſcordes antiquos
non cōſiliauimus: quoniam iam
difficillimum onus: et longe no-
ſtris humeris impar eſſe cogno-
uimus: ex eo quod voluit Raſis
in .vj. ſuorum aphoriſmorum di-
cens. Cum doctores antiqui in re
aliqua non concordarunt: graue
eſt eorum rationem concordare.
Et vt omnia ſimul comprehen-
damus veniam a legentibus hu-
millime petimus: rogantes vt pro
ſua benignitate: nos in cunctis

habeat excuſatos. Quia vere ſcimꝰ. ⁊ ita foꝛe ſine dubio fatemur ꝙ ſingula q̄ ad pꝛeſens negotiū fuerant neceſſaria: non adduximus: nec credimus in aliquo ex adductis ob imperitiam ⁊ iuuenile iudicium nō erraſſe: cū ita ſit equidē. vt Ra. voluit in ſexto ſuorum aphoꝛiſmoꝝ allegato: cum ait. Hominis enim natura nō euadit erroꝛē maxime in rebus difficilibꝰ. Qđ clariꝰ nobis innuit gal. in li. ij. memiri. c. de doloꝛe capitis ſine febꝛe. cuꝫ inquit. Difficile eſt enim hominez exiſtētem non peccare in multis: ita quidez vt ignorantem: alia autem vt male iudicantem: alia vero vt negligenter ſcribentem. Et ideo ex tota mente totali coꝛde: ac ex omnibꝰ aīe viribus rogamus: exoꝛamus: et depꝛecamur medicos omnes et maioꝛes pꝛecipue: vt ſi quid hoc in opere male intellectū vel fuiſſe a nobis interpꝛetatum: ad aliquod impertinens de dictis autorum adductuꝫ inuenerint: id pꝛo ſua coꝛrigant humanitate. Multoꝗ magis omni mentis affectu: pꝛecamur reuerendiſſimos catholice fidei noſtre pꝛofeſſoꝛes: Pontifices: Cardinales: Epiſcopos: ceteroſꝗ omnes ad quoꝝum manus vt ſpero: licet indignus ſit noſter hic tractatꝰ pueniet: vt in eo minimū aliquod totū dei vel eiꝰ filij redēptoꝛis noſtri mādatis cōtrarium vel diſſonum reperient: quod inaduertētia noſtra aūt inſciētia ſcripſiſſemꝰ: emendēt: coꝛrigant: quinimo eradicent ⁊ abꝛadant: vt omnino non remaneat: ⁊ vt pꝛo nihilo reputetur: ⁊ tanꝗ non dictum habeatur. Si vero aliquid boni ⁊ vtilis hoc in opere inuenerint volumꝰ: ⁊ (ſi dicere lꝫ) mandamus: vt id nobis minime aſcribāt ſꝫ totū creatoꝛi omnium attribuant: quoniam vt Auenzoar inquit in ſui Theiſir libꝛo ⁊ trac. tertijs. omnis res pcedit ad illo qui eſt ſumme ⁊ vltime ſcientie. ſ. a deo viuo ⁊ vo ⁊ benedicto. Qđ etiam voluit Auicenna. in libꝛo de viribus coꝛdis. capitulo ſcđo dicens. Quecunꝗ perfectio: ⁊ omne bonū non niſi a pꝛima veritate ſunt: que omnium bonoꝝ pꝛima eſt vnifoꝛmis manatio. quare ⁊c.

¶ Ca. ccxcix. in quo autoꝛ altiſſimum ⁊ omnipotentē deum depꝛecaꝛ vt p ſua pietate legētibꝰ hūc libꝛū ſanitatē cōcedere dignetur.

In hoc penultimo capitulo nihil aliud intendimꝰ niſi cōuertere nos ex toto coꝛde ad altiſſimū oīpotētē ac ſēpiternū deū: de quo vt Gal. refert. in li. de virtutibꝰ aīalium: ſic ſcripſit Plato. Ingenitum ⁊ pꝛimum ac maximū deū dicimꝰ bonumꝗ nominamꝰ: et nos omnes diligimus eum natura exiſtentem talem ab eterno ⁊ non factum bonum a ſeipſo: penitus enim nunꝗ fuit factus: cuꝫ ſemper fuerit ingenitus et ſempiternus. Ipſe quidē vt Hali dixit Abenragel in ſui operis initio. eſt pꝛimꝰ ſine pꝛincipio: ⁊ poſtremus ſine fine terminato: qui creauit celos circunferentiales: ⁊ ſtellas mouētes: ⁊ celū cooperiēs: ⁊ terram ſufferentem. Et eſt ille cuius omnes res quas viſus attingunt ⁊ recipiunt cogitatus ⁊ ſenſus in omnibus ſignalibꝰ ⁊ ſignificationibus demonſtrant dominiū ⁊ virtutē ſuam: cuius ſaluatiōes ſunt ſuper eos qui fideliter eum credunt. Ipſe etiam: vt Pꝛinceps inquit in. vij. tertij. c. creatoꝛ eſt ſublimis ⁊ excelſus: in cuiꝰ manibꝰ

omnia exiſtūt: vt di. Auenzoar. in ſui Theiſir prio. Et q̄ mundū regit et gubernat ſuo precepto et voluntate. vt idem in ſecundo eiuſdem. Et qui curā habet circa oia entia vt ſcripſit Auer. in. xij. Metaphyſice cō. xxxvij. Nūc igit deū vnum tantummodo in ſubſtantia: licet in perſonis trinum: vt canoniſte tradunt de conſecratione diſtinctione. iij. capitulo vltimo et nos ipm ſic firmiter credimus: cōfitemur: et adoramus: et impreſentia ꝓomni cū humilitate deuotiōe et mētis affectu deprecamur: vt ꝓ ſua immēſa pietate īfinitaqꝫ miſericordia nobis hec concederē digneť: ꝙ quicūqꝫ preſentē habuerint tractatū: legerint et ītellecta obſeruauerit: theſaurū ſanitatis cōſequi valeāt: cōſecutūqꝫ prudētiſſime ſua inenarrabili fauente gratia conſeruare. Non enī ſufficit humanum propoſitum abſqꝫ diuino ſubſidio: vt recte Thophil⁹ inquit. Cū ipe quidē ſolus ſit fons vite: vt Origenes ait. et ab eo nō ſolū vita et quecūqꝫ ꝑfectio ſꝫ omne bonū: vt in de virib⁹ cordis ſcripſit. Aui. procedat: et iō ab eo tātūmodo tale ac tam precioſum ſalutis ſenſuꝫ rationabiliter expoſcimus tum quia plena ſemper et redundantia ſunt diuina beneficia non exiguo conſtricta munere: ſed vberi bonorum coaceruata cōgeſtu: vt Ambroſius inqt: tū etiā qꝛ ipe ſolus largitur ſanitatē corporū et vitā animarū: vt dixit Auer. in prologo canticorum. Eya ergo pro ſua clemētia concedat nobis quod petiuimus omnipotens: et miſerator dominus: qui nō relinquit querētes eū (vt ait Propheta). Quinimo dat petitiones cordis eoꝝ: et ipos cōfirmat. cū ipſe ſit protector omnibus exquirētib⁹ eū in veritate. vt in ſcdo Eccleſiaſtici dicitur. Confirmetqꝫ ergo: et continue ſeruos ſuos protegat admirabilis dominus noſter: q̄ nobis dixit: vt Joānes refert. Sine me nihil poteſtis facere: quoniā et ſi minuerit hoīeꝫ paulominus ab angelis: gloria et honore coronauerit eum. et conſtituerit ipſum ſuper opera manuum ſuarum: et omnia ſubiecerit ſub pedib⁹ eius: oues et boues vniuerſas: inſup et pecora campi: volucres celi et piſces marꝭ vt Dauid inquit. Et ſimiliter Galenus in quarto de iuuamentis mēbroꝝ capitulo primo cuꝫ dixit. homo eſt princeps et rex omnium animalium. Et iō fuerūt omnia animalia demiſſoruꝫ capitum apud ipſum: et ipſe ſolus eleuat capita ꝛc. Attamen fecit illū ex limo terre: aptante eccleſia. Memēto queſo ꝙ ſicut lutū feceris me: et in puluereꝫ reduces me: nōne ſicut lac mulſiſti me: et ſicut caſeuꝫ me coagulaſti ꝛc. Et a libi. Memento hō qꝛ cinis es: et in cinerē reuerteris. Quod ſenſit Auguſtinus in capitulo. lxxxvij. Enchiridion. Multoqꝫ clarius Auerrois in octauo commento canticorum cū ait de⁹ cui⁹ nomē exalteť: creauit hoīem ex luto ſicut teſtam figuli. Et iō fecit illum facile alterabilem: et corruptibilem: ſeipſum proprio conſilio conſeruare nō potentē: et per conſequens diuina protectione maxime indigentē. Sine qua ꝑfecto nullū regiminē ſanitatis: ſicut nec aliquod alioꝝ entiū hominibus iuuare poſſet. Cū ita ſit equideꝫ: vt in ſecundo theiſir tractatu tertio voluit Auēzoar cum inquit. Scimus certiſſime ꝙ ſphere: et ſtelle. et materia: et forma: et tēpus: et locus ſunt res gñate et

create quare nullū pfectū vel no
cumētū poſſūt agere vl' imprimere
niſi pcepto ⁊ volūtate diuine pro
uidētie. Quid igit' pderit legenti
bus hoc noſtrū opuſculū in pcio
ſiſſime ſanitatis pſeruatiōe ſubla
to īfinite bonitatis pſidio? nihil p
fecto. Denuo itaqꝫ atqꝫ iterū ſicut
ab initio: ex tota aīa fontē bonoꝝ
oīm deprecamur: vt nos pro ſui
infinita pietate exaudire digneť:
⁊ cōcedere corpis ⁊ anime ſalutē:
opa libri huius ⁊ cōſilio vtētibus
amicisqꝫ ⁊ pariter inimicis nrīs ſit
pꝓpiti⁹. Et per viſcera ſue profun
diſſime charitatis oībus vitā eter
naꝫ viuis fidelib⁹ ⁊ defunctis cle-
mentiſſime largiat' ad laudem et
gliaꝫ ſue excelſe maieſtatꝫ. Amē.

¶ Capitulū. ccc. ⁊ vltimū cauſaꝫ
reddit huius tercētenarij ⁊ gra-
tias agit altiſſimo: ⁊ ſanctis eius
ob operis perfectionem.

Quia omnia in trini-
tate perfecta conſi-
ſtunt: vt voluit Ari.
in. xxvj. problema-
tuꝫ. probleumate. ix.
dicēs. Finiunt autē
in trib⁹ oīa ⁊ minima ī pma trini-
tate. ⁊ in. j. de celo ⁊ mundo textu
pmēti ſcdī autoritate Pythagori
coꝝ inqt. Cū oīa ex principio me
dio et fine conſtituta videantur:
propter quod a natura accipien-
tes tanqꝫ leges illius et ad ſan-
ctificationes deorum trinario vti
mur numero. ⁊c. In cuius commē
to dixit Auerrois. Secundū iſtuꝫ
numerum: tenemur magnificare
creatorem remotuꝫ a modis crea
turarum in orationibus et ſacri-
ficijs. et vt ait Albertus ſuper eo.
Priſci patres in lege antiqua vte
bantur trinitati in ſacrificio deo-
rum: ſcilicet thuris: oblatione:
cātus ⁊ oratiōe. Numer⁹ igit' tri-
nitatis eſt perfectus: vt vbi ſupra
probatur. Et nos ipſum in lege
noua et veriſſima ponimus ipſiuꝫ
in maieſtate diuina tres in ea cre
dentes: ⁊ ita cōfitentes perſonas
eſſe in vnitate ſubſtantie ⁊c. hec
ipſe. Cum ita ſit ergo rationabili-
ter in trinitate centenarij ad lau-
deꝫ diuine trinitatis nos preſens
opus ſigillabimus: gratias quas
poſſumus: et non quas debere-
mus agentes patri et filio et ſpi-
ritui ſancto: vnico infinito ⁊ glorio
ſo deo: dicenteſqꝫ cum Auicen. in
prologo ſui canonis. In primis
deo gratias agamus ſicut ſui or-
dinis celſitudo: et beneficij ipſi⁹
multitudo meretur: cuius miſeri-
cordie ſuper omnes prophetas
exultant. Et cum eodem in. xxj. ter
tij tractatu primo. capitulo. ij. di-
cente. Sit ergo deus exultatus:
qui verax eſt laudabilis ⁊ benedi
ctus ⁊ melior omnium ſanctoꝛuꝫ
⁊c. Similiter dicamus cum Hali
abenragel in initio operis ſui de
iudicijs ſic ſcribēte. Gratias aga-
mus vni deo victorioſo: honora-
to: potenti creatori: noctis ⁊ diei:
detectori occultarum ſcientiarū ⁊
puritatum: ipſi qui creauit: equa-
uit: iudicauit: direxit: interfecit:
viuificauit: domino libertatis mer
cedis: honoris: ⁊ regni qui eſt pri
mus ſine principio: et poſtremus
ſine fine ⁊c. Et in quarte partis
eiuſdem principio ſic etiam cum
eo taliter ſcribēte dicamus. Lau
datus ſit deus dominus virtutis
regni ⁊ luminis: ipſe quidem ap-
parens ⁊ veridicus per manifeſta
experimenta creauit terras: mon
tes: maria: ⁊ celos circundantes
omnia: ⁊ poſuit ſtellas in eis mo
uentes ſe in ſimilitudinē lucētiuꝫ
candelarum: et poſuit in eis ſi-
gnalia pro tēporibus diuidēdis

ꝛ reb⁹ alijs ex quibus ſit in ſempiterna ſecula benedictus. Et in ſexto eiuſdem. Laudatus ſit de⁹ ꝛ regratiatus q̄ eſt dñs boni: largitatis: ſapientiarũ ꝛ ſciẽtiarum: ipſe factor eſt ꝛ creator oim rerũ ꝛ per voluntatẽ ꝛ gubernationẽ eius manutenentur: ipſe eſt principiũ oim rerum ꝛ tẽporum permutator: per ſui potentiam texit celos ꝛ firmauit eos: depſſit terram ꝛ ſituauit eã: creauit omnes creaturas ꝛ omnia nouit ſecreta: creauit res ꝛ dedit illis finem: et poſtea iterum creauit eas. ipſe ſit laudatus ꝛ benedictus ſicut conuenit magne nobilitati ꝛ altitudini ſue. Et iterum in octauo libro eiuſdem partis. Laudat⁹ ſit de⁹ qui eſt dominus ſubtilitatum: nobilitatum: mercedum: pietatum: creator omnium creaturarũ: cognitor occultorum: rationũ intellector: ꝛ puritatũ: recompẽſator dãnorum ꝛ occaſionum: gubernator totius mundi ꝛ omniũ rerum per gratiam ꝛ virtutẽ ſuam: dator pluuiarũ per pietatem eius: defenſor eorum qui habent in eo fiduciam: ꝛ cuſtoditor eorum qui ſe dant ſibi. Rex cui obediunt omnes reges: ꝛ eius potẽtie ꝛ glorie non eſt finis. Ipſe potentiam dedit humiliantibus ſe ſibi: ꝛ potentes humiliauit. Nihil eſt ꝯtrium iudicijs ſuis. Nec eſt q̄ ſuis factis contradicat. Completus eſt omnis bonitatis et pietatis: ipſe ſit igitur laudatus vt conuenit. Dicamus quoq; cum Raſi in ſui continentis rubrica. Laus ſit vni deo glorioſo: ſublimi: victorioſo et indultori: qui tantam nobis gratiã pro ſua inenarrabili clemẽtia concedere dignat⁹ eſt: vt librũ hũc ineſtimabilis quidẽ laboris hac in iuuenili etate: ꝛ ſine vllo corporis nocumẽto ꝛ omnino feliciter perficere potuimus. Non me cepiſſe ſed pfeciſſe virtutis eſt: vt ſuper Mattheũ hieronym⁹ inquit. Benedictũ ſit igitur nomen domini ex hoc nunc ꝛ vſq; in ſecula. Cuius in ore noſtro laus ſemper exiſtat pro infinita beneficiorũ eius multitudine. Que nos inducit ad concedendum cum Gal. in libro viij. de iuuamentis membrorum cap. iij. ſic dicente. Noſtra poſſibilitas eſt parua ſm quam debeamus laudare creatorem: bonam tamen ipſe mentem noſtram ſuſcipiat. Beatiſſime preterea dei genitrici marie ſemper virginis: ꝛ beatis apoſtolis petro ꝛ paulo: ac omnibus ſanctis ꝛ continuis eorum precibus pro nobis exorant: gratias non condignas: ſed quas poſſumus habemus: agemusq; ex toto corde dum ſpirabimus. Et ſic finiẽtes quod inchoauimus: dicemus cum Gal. in. iij. de creticis. ſic in finem ſcribẽtis. Et iã puenim⁹ ad finẽ libri: auxilio dei ꝛ ei⁹ adiutorio: cui ſit honor ꝛ gloria p infinita ſcl'a. Amẽ.

Diuino fauẽte numine: Ego

Antonius Gazius patauus Medicorum omnium minimus. die xij. Auguſti de Anno domini. M. cccc xc. preſens opus abſolui: ad laudem redemptoris noſtri ꝛ ad tuam ꝛ amicorum tuorum vtilitatem. D. M. obſeruandi. cui iterum atq; iterum me commendo.

FINIS.

Exhortatio Antonij Gazij

omnium Medicorum minimus: procurans virtutem fortem conſeruare: et debilem fortificare: vt rationabilis et ſtudioſus Medicus poſſit ſm regulas medicine narcoticis vti: et per hoc aſtantes et legentes intelligant eum non niſi canonice et ſcientifice procedere: vt ab Emperico ſecernere valeant.

ET ſi minime obſeruandiſſime D. me lateat ꝙ de numero hoc noſtro Libello indigentiū nequaꝙ̄ exiſtas: tum quia moderatiſſimus ſis omnem ꝑ damnoſum abſtinētia diceris ſuperare appetitum: tum quia altioribus detentus curis: vt Socrates predicare ſolebat: ſolum vt viuas comedis: non autem viuis vt comedas. Quod non pauci aſperantes in maximas labuntur egritudines vitamqꝫ ſepius cum morte commutant. Sed propterea librum hunc tibi tradimus vt non ciborum aut potuum quantitatem te fugere doceamus. Sed que a veteribus laudata: que ve vituperata ſunt euitare valeas: ciborumqꝫ et potuū qualitatem ac ipſorum non ſolum in comedendo ordinem adipiſcaris: Sed qua id hora exequendum ſit: quantum exercitādum: quando quieſcendum: qua hora et quantū dormiendum: reliquaqꝫ his ſimilia. Que non minus ſunt homini vtilia ꝙ̄ neceſſaria facillime perſcrutari poſſis. Ita enim doctiſſimorum veterum in hoc libro dicta de regimine ſanitatis conſpicies/ ac ſi omnes de re hac in cubiculo tuo differētes coram haberes: audies Ariſtote. peripatheticorum principem qui in natura regula fuit et exemplar quod natura inuenit ad demonſtrandum vltimam perfectionem humanam in materijs: vt de eo ſcribitur in Commento

xxiiij.tertij de anima.Senem etiam illum necnon Me-
dicoꝛum patrem Hippocratem intueberis: qui pꝛi-
mus omnium rectam viam oſtendentium/vt ſolis iu-
bar/effulſit:a quo omne lumen/⁊ recta/et artificialis
ſemita(vt de ea in huius libꝛi capitulo.ix. dicitur) in
medicinis eſt inuenta.Sapientiſſimum pꝛeterea Ga-
lenum artis huius complectoꝛem haud parua cum
voluptate cum eoqꝫ Hali: Raſim: Haliabatem: Dia-
ſcoꝛidem: Serapionem: Auicennam: Auenzoar: Da-
maſcenum:ceteroſqꝫ omnes hac in ſcientia appꝛoba-
tos videbis.Quoꝛum ſapientia tu qui ſemper virtu-
tes ac doctos benigno fauoꝛe amplexꝰ es:ita oble-
ctaueris ꝙ nullũ huic letitie genus compar eſſe affir-
mabis.Quotieſcunqꝫ etenim libꝛum hunc aperies ſci-
reqꝫ aliquid ad ſanitatem opoꝛtunum deſiderabis ad
pꝛedictoꝛum vnoquoqꝫ ac ſi viuus adeſſet ilico optato
potieris.Nam ipſoꝛum non ſolum ſententias:ſed ⁊ ver
ba:quibus ipſi vſi fuerunt noſtro inſerere voluimus li
bello: vt vltra ex eoꝛum verbis: lepoꝛem ac ſuauitatẽ:
ſi quis in nos liuidus obtrectare voluerit tanꝙ̃ miner
ue clipeum contra Meduſam: ſic etiam eoꝛum latra-
tibus ⁊ iaculis opponere valeamus.Grãdẽ igitur vti-
litatem ex hoc noſtro opere immenſamqꝫ letitiã acci-
pies cum pꝛefati tibi ſapientes oſtendant qualem me-
dicum pꝛo huiuſmodi ſanitatis conſeruatione eligere
debeas: in quo aere habitare: quem locum incolere:
qualiter ⁊ quantum exercitari:quid comedere ⁊ bibe-
re:qualiter doꝛmire et vigilare. A quibus anime acci-
dẽtibus abſtinere:quomodo purgari ⁊ a futuris egri-
tudinibus pꝛeſeruari opoꝛteat:qualiter ſi in egritudi-
nem labi contingeret(quod Deus auertat)curari:plu
raqꝫ alia non minus hominis vſui vtilia/verumetiam
quammaxime neceſſaria. Que omnia tibi gratiſſima
foꝛe ſperamus ac te tantum ex hoc opere vtilitatis
cõſecuturum:quantum ſi omnia pꝛefatoꝝ (que quaſi
infinita ſunt volumina) perlegiſſes:vt nos ipſi magno

cum labore multiſq; vigilijs fecimus. Et quoniam le-
genti ſepe tedium prolixitas afferre ſolet/ hinc ſolum
ex eis tantum meliora ⁊ que magis huic noſtro perti-
nere videbantur negocio excerpimus: diuerſiſq; ex lo-
cis hincinde que diſperſa erant hoc in libello congeſ-
ſimus: quem ad finem deductum tibi tradimus
pro viribus deprecantes vt ſic ipſum leta fa-
cie ac hilari vultu pro tua erga omnes in-
credibili humanitate accipere digne
ris: ſicuti et noſmet ipſos omni
tue voluntati ſemper dedi-
tiſſimos offerimus.
VALE.

¶ Impreſſum eſt nouiſſime hoc egregium et ſane ꝙ vtile opus: large auctum ac fere innumeris (quibus perſcatebat) mendis expurgatum: LGDUNI per Joannem Flaiollet. Anno ab Dominica incarnatione: Mileſimo quingenteſimo quadrageſimo primo: Die vero viceſima menſis Januarij.

Regiſtrum.

A a b c d e f g h i k l m n o
p q r s t v x y z ⁊ ꝯ.

Omnes ſunt quaterniones.

Eſdre. iij.

Super omnia autem vincit veritas.

BIBLIOTECA DE LA FACULTAD DE MEDICINA